

IASONIS
MAYNI PRIMA SVPER DIGESTO VETERI.



IASONIS DE MAYNO
MEDIOLANENSIS, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, IN PRIMAM DIGESTI VETEris partem Commentaria,

omnibus Iuris Ciuilis candidatis oppido quàm necessaria vtiliáque: non parũ illustrata pariter & aucta, tum ipsius autoris Additionibus, tum cõplurium aliorum virorum minime pœnitendæ eruditionis. Ad hæc accessit Castigatio recens peritissimorũ Doctorum quæ quid vtilitatis iuris studiosis adferat, notius est, quàm vt vlla explicatione indigeat. Præterea adiunctus est Index ordine elementario, qui notatu quæque dignissima locupletissime ceu digito indicat.



EXCVDEBATVR

1540

*



Libreria

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM LVDOVICVM SFORTIAM VICECOMITEM, BARRI DUCEM, IASONIS DE MAYNO, IURIS UTRIUSQUE DOCTORIS, IN COMMENTARIA IURIS CIUILIS PRÆFATIO.

(Title as printed: "AD ILLVSTRISSIMVM PRIN- / CIPEM LVDOVICVM SFORTIAM VICECO- / mitem, Barri Ducem, Iasonis de Mayno, Iuris utriusque Doctoris, in Com- / mentaria iuris Ciuilis Præfatio.")



IHIL EST QVOD RECTVM PRINCIPEM ATQVE DECEAT, QVAM
iustitiam colere & obseruare. Nihil est magis præcipuũ aut peculiare boni principis, quàm *Boni principis*
recta iustitiæ trutina imperium moderare. Tutissima sunt principum gubernacula, quæ iusti *officium.*
tiæ æquilibrio innituntur. Tyberius Constantinus Romanorum quinquagesimus Impera *Tyberius Con-*
tor, sicuti Paul. Diaconus tradit, postquam imperium septem rexerat annis, sentiens sibi diẽ *stantinus.*
mortis imminere, Mauricium Capadocem, virum strenuum, desponsata ei filia, imperij suc
cessorem delegit: Hoc, inquiens, regno tamdiu felix vteris, quoad æquitatis & iustitiæ tra-
mites obseruaueris. Paulus Aphricanus, vt Cicero meminit, Scipionem hortabatur, vt iu- *Pau. Aphricanus.*
stitiam coleret & pietatem: quibus viam esse dicebat in cœlum. Diuus Augustinus in quin
to de ciuitate dei, Imperatores non eos felices existimat, qui longe lateq; imperio potiuntur: sed eos qui iustitiæ im
perant, tardius vindicant, & facile ignoscunt. Agesilaus rex, vt Plutarchus refert, interrogatus de fortitudine iusti *Agesilaus.*
tiaq;, vtra esset prestantior: Nihil, ait, fortitudine indigemus, si iustitiæ omnes inhæreamus. Iustitia, vt inquit Ari- *Iustitia quid.*
stoteles in quinto Ethic. est præclarissima virtutum: Cui, vt Euripides attestatur, non potest matutina aut versperti
na stellarum claritas comparari: & quam virtutum omnium reginam Cicero in tertio Offi. appellat. Quare prin- *Ludouici Sfortiæ*
ceps constantissime admirentur alij, & Latium obstupescat incredibilem tuam in gubernãdo principatu scientiam, *Laus.*
in administrando imperio prudentiam, in deliberando grauitatem, in apparando diligentiam, in conficiendo cele-
ritatem: extollant alij summam & omnibus numeris perfectam sapientiam, ingenij acumen, velox & præsentissimũ
ingeniũ, altissimũ mentis consilium, animi magnitudinem atq; constantiam: Prædicent alij quanta sis in re militari
scientia, quanta autoritate: quàm sis bello strenuus, & manu fortis: Testentur alij quàm sis cordatissimus, & ocula-
tissimus princeps: Te alij decãtent, non solum per vniuersam Italiam nominis claritate & splẽdore, sed etiam apud
omnes nationes celebrari: ꝙ non solum Mediolanensi imperio præsis, verumetiam cæterorum principũ & regum
vota pro tuo arbitrio disponas. Quod in tua manu sit Iani aut Martis postes reserare: Exclament alij ꝙ etiam
inuidorum hominũ iudicio sis assecutus, vt quibuscunq; rebus maximis peragendis vniuersa Italia primas tibi pru
dentiæ & fortitudinis partes sine controuersia concedat. Tibi de omnibus bonarum artium studijs optime merẽti
certatim quisq; officium suum exhibeat. Qui ingenuas artes profitentur omni studio enitantur nomen & famam
tuam perpetuis literis celebrare, & te posteris imitandum proponere. Tu vnus doctorum hominum patronus: Tu
præcipuus fautor atq; adiutor, nusquam desinis augere bonarũ artium disciplinas, tueri doctos, & eos honoribus,
commodis, beneficijs, maximisq; stipendijs prosequi. Debent tibi plurimum princeps sapientissime, literarij ordi-
nis viri, & studiorũ ac Latinæ eruditionis professores: ꝙ sis æque literarum ac literatorũ, velut alba linea, magnus
amator. Qui literis præstant tui nominis immortalitati studere debent: quamuis ille sis, qui magis gloriam factis
quàm vllius prædicatione conspicuam semper esse voluisti. Ego ista princeps eminentissime, quæ de te nõ solum
homines, sed ipsa facta loquuntur, laudis & venerationis esse duco: & tantæ quidem, vt humanæ officium linguæ
excedant. Istud tamen præcipue admiror & laudo, ꝙ iustitiã quàm maxime colas & obserues: Quod iustitiæ truti-
nam tanta rectitudine teneas. vt nullũ fauori, nullum gratiæ aut potentiæ locũ concedas. Non sinis eos qui viribus
præstant, imbecillorum iura opprimere: Nõ sinis inopes à diuitibus, aut plebeios à nobilibus pessundari. Nullius
nisi solidæ iustitiæ rationẽ tenes. Optima est iustitiæ reddendæ ratio, quæ æqua lance passim omnibus ita tenuiori-
bus sicut primatibus præstatur. Facis quod bono principi congruit, Subditorũ quærelas libenter exaudis: & faci-
les interpellantibus aditus præstas. Raro de occupatione causaris. Cyrũ Persarum regẽ Xenophon vel ex eo com *Cyrus rex*
mendat, ꝙ plures oculos & plures aures haberet. Princeps bonus creditur, qui oculatus sit & auritus. Philippus *Persarum.*
Macedo vt Plutarchus cõmemorat, cũ anus paupercula rogaret vt suam causam iudicaret, se nõ esse otiosum respõ *Philippus Macedonum rex.*
dit. Tunc anus vociferans, regem te nolim inquit. Ille verbum admiratus, non illam modo, sed alios continuo au-
diuit. Traianus Imperator etiã ex eo cõmendatur, ꝙ ad bellum profecturus, cũ iam equum ascendisset, viduæ cau- *Traianus.*
sam coràm cognouit & expediuit. Tu in publicis cõcionibus publicã, vt aiunt, audientiã omnibus præstas, & con-
firmas etiã adire cunctantes. Omnes ad te pro iustitia cõfluunt. Omnibus iustitiæ debito satis facis. Quos iudicas
ita prius rationibus conuincis, vt se merito iudicatos fateantur. Mirum est cũ ad præsentiã tuã causarũ patroni ve-
niunt, postquam multis verbis hincinde disceptatum est, quàm velox & perspicacissimum sit tibi ingenium. Illico
perspicis vbi difficultas consistat: & illico difficultatis nodum resoluis. Procuratorũ cauillationes & versutias adeo
calles, vt eos qui figmenta verborũ fabricant, sic cautis interrogationibus captes, vt vel sibijpsis contradicere ostẽ
das, vel eos aperte mẽtiri, & fallacias astruere patefacias. Hac tua præcipua iustitiæ & æquitatis obseruatione cun-
ctos sub bene recteq; viuendi norma redegisti. Iustitiæ obseruatio innocentiã & concordiã in ciuitatibus parit:
& ad cõponendas hominũ voluntates quàm maxime conducit. Nec tibi visum est satis iustitiã & æquitatẽ accura-
te obseruare: quin vt ad eã multi erudiantur contendis. Vnde in gymnasiũ Ticinense iuris professores, nulli par-
cens impensæ, vndequaq; conduci imperasti. Nam in iure publico eruditi magistratibus obeundis, & senatoriæ
dignitati administrandæ accõmodatiores redduntur. Hac vna professionis ratione, me quoq;, licet immeritum, in
Ticinensi academia iuri publice interpretando præfecisti. Ego igitur princeps sapientissime, qui tuo iussu in lega-
li censura publicũ legendi munus pluribus annis obiui: mearum partium: meiq; officij esse arbitratus sum, aliquã
villicationis meæ rationem apud te reddere. Itaq; cum anno superiore Cõmentaria in primam partem Codicis pu
blice ædita tuo nomini inscripserim: nunc quoq; commentaria in Primam Digesti veteris eidem dicaui. Commen
tationes nostræ quæ circa iuris interpretationẽ versantur ad iustitiæ eruditionem tendũt. Hac ratione apud te, qui
es iustitiæ obseruantissimus, nonnihil gratiæ consequentur. Quod ego pluris facio, quàm ꝙ apud alios magni
æstimentur. Quæ vero tuo nomini inscribuntur, tantũ autoritatis acquirũt, vt tuis felicibus auspicijs in publicum
prodire non vereantur. Scio hæc esse tenuia & vulgaria quæ a me æduntur: sed Pythagoram dicere solitũ ferunt:
Hunc mundũ tanquam mercatum esse, in quo varia hincinde exponuntur. Non omnes easdem facultates afferre: *Pythagoras.*
satis esse quemq; pro copijs sumptum facere. Magna elargiri, aut grandia præstare quæ populares admirẽtur, for-
tunatorum est. Aedere autem quæ periti non vituperent, eorum est qui literarum studijs excellunt. Non etiã igno-

ro plerosq; futuros, in quorum manus forte ista peruenerint, qui ad iaculandum in nos conuicia & maledicta commouebuntur. Sed cum hæc neminem offendant, & a me ædantur, vt iuris scientia aliquid suscipiat incrementi, non est in quo quisquam mihi iure succenseat. Si quid autem fuerit in quo quispiam me errare vel minus bene sentire cognouerit, modo ipse rectius iudicium proferat, hoc emolumentum iuris professoribus attulisse contentus ero. Mihi satis fuerit, mea opera alios ad indagandæ veritatis studium excitasse. Tu vero Princeps clementissime, qui rem non ex pretio, sed ex dantis voluntate æstimas, lucubrationes nostras non aspernaberis: quas vna cum offerentis affectione, singularique erga te deuotione clementer suscipias. Vale princeps humanissime. Ex academia Ticinensi anno salutis dominice. M.CCCC.XCI. Die. XXI. Nouembris.

IASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS VTRIVSQVE CENSVRÆ Doctoris, Præfatiuncula ad scholasticos Paduæ: habita in prima lectione Primæ partis Digesti veteris. XXVI. Octobris. Anno. M.CCCC.LXXXVII.



QVEMADMODVM HVMANVM genus animo & corpore compositum est: ita res cunctæ, & cuncta mortalium studia vel corpori vel animæ impendun tur. Quæ corpori tribuuntur, breui prætereunt, quæ animo, perpetua sunt. Corpus ex ponderoso & corruptibili terræ elemento concretum, quæ terrena sunt naturali instinctu appetit. Animus econtra cœlesti spiritu consistens, terrena despicit, & sursum nititur, altiusque aspirat. Corpus sicuti ex terræ luto fabricatum est, ita fragili & lubrico temporis cursu in terram resoluitur. Animus nihil terreni ponderis habens, sed ex cœlestibus figuratus, qua luce præditus cum fuerit, vt iugiter vigeat cõsequens fit. Corpus omni ex parte non nisi purgamẽta erat, & res fœtidas emittit. Animus omni sorde & immundicia caret. Quæ corporis bona existimantur, vt proceritas, & robur, breui dilabuntur, ac consenescunt. Animi ornamenta sicut animus immortalis est, ita æque immortalia sunt. Corpus in hac vita quotidie decrescit, singulis mẽbris indies ius subducitur & valitudo languescit: visus quoque hebetiores redduntur. Animus autem quanto magis ad annos accesserit, tanto virtute & sapientia præstat. Et quamuis in corpore membra quotidie consenescant: intus tamen animus eruditionis beneficio iuuentæ florem retinet. Quas ob res cum homo corpore constet & animo: quorũ alterũ cũ brutis, alterũ cum deo cõmune est: profecto qui corpori indulgẽt, pecorũ ritu vẽtris animalia sunt. & quod deterius est, corporum cura mentem obruũt. Qui autem animi curam diligenter suscipiunt, quo nihil excellentius homini à natura tributum: & aureas virtutum & doctrinarũ glebas conijciũt: viri equidem cœlestes censendi sunt. Sapienter igitur vitam instituitis viri fratres & auditores dilectissimi: qui pro assequendo ingenij cultu, calcatis corporeis illecebris, nihil aliud magis quàm literarum ornamenta desiderare videmini, quibus animus indies clarior illustriorque reddatur. Pergite qua cœpistis: & eo tendite, quo vester optimus conatus anhelat. Ego vos ad idem adhortabor, ad quod Nicodem Cypri regem Isocrates: quoniam mortale vobis cõtigit corpus, animus autem immortalis: enitamini vt virtutum beneficio animi memoriam relinquatis immortalem.

¶ De iustitia ⁊ iure. Rubrica.

1 Notarius an teneatur in initio instrumenti inuocare diuinum nomen.
2 Imperator iustinianus fuit christianus, alias temporalem iurisdictionem habere non potuisset.
3 Judeus non potest esse potestas vel rector.
4 Judeus non potest in aliqua scientia fieri doctor.
5 Judeus non potest esse tabellio vel iudex.
6 Judeus non potest etiam si sit effectus christianus in aliqua scientia doctorari.
7 Emendatus prefertur illi qui semper fuit bonus.
Et plura de Judeis habes: nu. 8.9.10.11.12.13.14.16.17.25.⁊.26
15 Tempore iurisconsultorum ⁊ ante cesarem Christus nondum venerat in virginem.
18 Infamis potest esse tutor.
19 Exclus⁹ ab officijs publicis intelligit ab vtilib⁹ nõ ab onerosis.
20 Bannitus desinit esse ciuis quo ad eius vtilitatem: non autem quo ad onera.
21 Qui ex forma statuti perdit nobilitatem intelligitur quo ad vtilitatem non autem quo ad onera.
22 Aut. hoc amplius. C. de fideicom. procedit quaten⁹ hereditas esset vtilis heredi negligenti secus si onerosa.
23 Priuatus loco ⁊c. non intelligitur priuatus loco oneris.
24 Si statutum disponat mercatorem vsurarium non haberi pro mercatore non intelligitur quo ad onera.
27 Immunitas concessa per principem incolis alicuius loci intelligitur concessa iudeis ibi habitantibus.



Ec breuiter prefatus: Inuocato prius ex corde redemptoris nostri crucifixi et eius gloriosissime genitricis desiderato suffragio: condescendo ad primam Rubricam. ff. veteris. ¶ Ista rubrica diuiditur per Barto. Bal. Ang. ⁊ alios in. v. partes, tu iunge diuisionem Bar. Cũ illa quam ponit in rubri. ff. de ope. no. nun. licet Imol. reprobet eam in rubri. ff. de verb. obliga. Jacob. but. ⁊ Salic. in proemio codicis. Rapha. cuma. d. rubri. ff. de oper. no. nun. sed nihil validum aut vtile afferunt: ideo omitto. et vide per domi. Alexan. in. d. rubri. ff. de oper. no. nun. Figura autem casum in hac rubri. vt per Barto. in. d. rubri. ff. de ope. no. nun. ¶ Ex prima parte huius rubrice in qua ponitur inuocatio diuini nomi-
1 nis posset colligi argumentum. † An notarius[a] in initio instru-
a menti debeat inuocare diuinum nomen presertim si cõficiatur
b instrumentum inter iudeos et saracenos,[b] ⁊ an talis inuocatio
sit necessaria: vt no. Bar. in proemio istius libri ⁊ alibi sepe. Sed
de his remitto vos ad Bart. ⁊ omnes presertim Moder. in. d.
2 rubri. ff. de ope. no. nuntia. † Ex ista prima parte infert Bart. ꝙ
iustinianus fuit christianus, al's temporalem iurisdictionem ha
bere non potuisset: allegat duas gl. de quibus hic per eum. ad-
de tex. in. c. constituit. xvij. q. iiij. ⁊ in. c. nulla. liiij. distincti. ⁊ in. c.
cum sit. de iudeis. ⁊ in. l. fi. C. eo. Ideo Barto. in. l. fina. C. de po-
3 stul. tenet ꝙ † iudeus non potest esse potestas vel rector: simili-
c ter non potest esse rex[c] vel imperator. text. est in. c. venerabilem.
in versic. hereticum vel paganum. de elect. ⁊ text. in cle. romani.
4 in prin. ⁊ ibi not. Cardin. in. ij. not. de iureiuran. ¶ † Similiter
d iudeus non potest in aliqua scientia fieri doctor[d] secundũ Bar-
tol. in. l. omnes. C. de decur. lib. x. vbi dicit se ita consuluisse duo-
bus iudeis qui erant sufficientes in medicina et in ea volebant
doctorari, ꝙ non poterant: idem tenet Bart. in. l. generaliter. §.
fina. ff. de decur. ⁊ in. l. fin. C. de postul. et in proemio. C. in. iij. col.
⁊ in. l. fi. C. de iudeis. Bal. in. l. j. C. ne rei domini. vel tẽplo. Ang.
in aut. iusiuran. quod prestatur ab his. in princ. Pet. de ancha.
5 in cle. j. de magistris. † Similiter iudeus nõ potest esse tabellio:
nec iudex ẜm Ang. in. d. aut. iusiurãdum quod prestatur ab his.
e nec aduocatus[e] vt not. Bart. in. l. fi. per illum text. C. de postbu.
6 † Amplia predicta vt procedant etiã si iudeus sit effectus chri-
stianus: ita videtur probare tex. in. d. c. constituit. ver. aut qui ex
iudeis sunt. iuncta secũda expositione gloss. ibi: ⁊ per illum tex.
quem reputat valde singularem cum gloss. Ludoui. roma. in
singula. cl. incipiente, scis quod iudeus, tenet ꝙ iudeus etiam
effectus christianus non poterit in aliqua scientia doctorari.
Tu in contrarium vide text. in cap. eam te. et ibi Abb. in vlti.
not. et Moder. de rescript. facit gloss. in. c. obeuntibus. §. fina.
in glos. mag. ad fin. lxiij. distinc. que vult † quod emendatus pre
7 fertur illi qui semper fuit bonus. ⁊ idem tenet Abb. in. c. at si cle
rici. §. de adulterijs. in penul. colũ. de iudi. Facit text. in. c. quia
fidelior. ⁊ ibi glos. l. di. ⁊ text. quia sanctitas tua. ea. distin. de in-
tellectu

a ¶ An notari⁹. Adde tex. i. c. in nomine domini. xxiij. di. ⁊ in. c. in noie dñi. de test. c. licet. xxvi. q. Spe. in titu. de instr. edit. in. §. ij. in. j. col.
b ¶ Inter iudeos ⁊ saracenos. adde Bal. i proe. C. Bald. in proe. decre. do. in. c. inter dilectos de fi. instru.
c ¶ Non põt esse rex. Adde glo. in. l. spadonẽ. in §. iam autẽ ff. de excusa. tuto.
d ¶ Fieri do. adde Abb. i. c. iudei. de testi. Abb. l c. j. in. c. quã to. ⁊ in. c. cũ sit. d iude. ⁊ vtrobique p Abb.
e ¶ Nec aduocat⁹. adde tex. iuncta glo. in. c. nemo. de pen. dist. j.

tellectu glo.in.d.c.cõstituit.vltra doctores ibi,habes late p Jo.
de ana.in.c.cũ sit.in vlti.col.de iudeis.Limita predicta ꝙ iudei
non possunt habere officia publica vel administrationes publi
8 cas.†Verũ est inter alios sed inter eos bñ possunt habere ſm
Bal.in.d.l.generaliter.§.fi.Joã.de ana.in.d.c.cũ sit.in.j.col. vbi
etiã tʒ ꝙ lʒ iudei nõ possint esse iudices ordinarij. inter iudeum
⁊ christianũ:tamẽ inter eos bene possunt esse,per tex.in.l. si qua
inter,a cõtrario sensu. C.de iudeis.⁊ refert qđ p illũ tex.cõsuluit
Floria.de sancto Petro Bonoñ.facit in ratiõe sui,tex.in.l.spa-
9 donem.§.iam autẽ.ff.de excu.tut. † Adde circa predicta ꝙ põt
iudeus quãlibet artẽ exercere:⁊ in eã intrare.ita ꝓbat text.in.c.
post miserabilẽ.⁊ ibi expsse no. Jo.de ana.in ver. mercimonijs.
in.j.col.in fi.⁊ tex.in.c.quanto.de vsur.⁊ Bal.in quodã cõsi. inci.
inter iudeos ⁊ christianos.bene facit tex.in.d.l.spadonẽ.§. iam
10 autẽ.† Item posset iudeus pscribere christiani. ita probat text.
no.in.l.si fur.§.j.iuncta glo.in ver.vsucapere.⁊ ibi expresse notat
Jmo.ad hoc.ff.de vsuc.sed nõ meminit qđ de hoc est tex.expres
sus.in.c.porro.xvj.q.iij.⁊ ibi est gl.j.valde singularis que istud li
mitat ꝙ iudeus potest prescribere rem priuati,sed nõ rem eccle
sie,quã gl.exclamat Lud.ro.in fin.cxliij.⁊ idẽ cõsi. ccclxxxix. hec
11 dña petra.† Alibi tamẽ dubitant Cano. nunquid apud sarace
nos,paganos vel alios infideles sit dare imperiũ.Jmo.in.c.qđ
sup.de voto.decidit qđ sic.Sʒ Jo.an.Hosti.⁊ Jo.de lig. ibi de-
cidũt oppositũ per multas autoritates sacre pagine:de quibus
12 ibi per eos.¶ † Successiue q̃rit Bart.an iudeus possit esse tu-
a tor[a] christiani.⁊ ꝯcludit ꝙ nõ.Pro eius fundamẽto adde ꝙ sin-
gulariter tʒ Bal.in.c.j.§.itẽ sacramẽta.in.iij.colũ.de pace iura.
13 fir.ꝙ † dispositio.c.quãuis.de pac.in.vj.nõ hʒ locũ in iudeo iurã
te:qđ vltimũ an sit verũ,videas Ludo.ro.reprobantẽ.in.l.q su-
perstitis.ff.de acq.here.et in.l.pactũ.C.de colla.⁊ latius Jo.an.
in.c.fi.in vlt.col.de iude.p Moder.in.l.stipulatio hoc modo.ff.
de ver.obli.cõtra Bar.tenẽt Fulg.⁊.d.Mar.lau.hic:alij nõ tã-
gunt:⁊ dicit Raph.Fulg.hic:ꝙ als fuit interrogatus de facto
a quodã iudeo nunqd posset esse tutor christiani:et dicit ꝙ im-
memor note Bar.hic:rñdit ꝙ sic:⁊ postq̃ vidit Bar.adhuc per
seuerauit in proposito suo. motus q̃ si verũ esset fundamẽtum
Bar.sequeret ꝙ iudeus nũq̃ posset agere,cũ debeat iurare de
14 calũnia.l.ij.C.de iura.calũ.† Jtẽ nõ posset esse testis[b] cũ simili-
b ter iurare debeat.l.qm̃ liber.C.de resti.⁊ per istas rõnes,eandẽ
opi.cõtra Bar.tʒ Lud.ro.in.l.iij.§.iurari.in vlt.col.ff.de iureiu.
⁊ in.l.pactũ.C.de colla.idẽ tenẽt gl.⁊ Bar.met sibi ꝯtrius.in.d.l.
spadonẽ.§.iam autẽ.Cõtra Bar.duo stringunt.primo tex.in.d.
§.iam autẽ.iuncta gl.nec est verũ:vt dicit Bar.ꝙ corrigat per
l.fi.C.de iude.q̃ illa loquit in honoribꝰ ⁊ administrationibꝰ pu-
blicis:vt ibi patet in ratione tex.nos loquimur in tutela,que est
onus,⁊ est priuatũ.l.volũtarie. C.de excu.tu.⁊ insti.eo.in prin.⁊
l.propter tria.ff.e.Et si tu subtilis dicas ꝙ imo.d.l.fi.C.de iude.
bene allegatur per Bar.in prin.in verbo administrationes vel
dignitates,ponderãdo dictionẽ administrationes,dico qđ.d.l.
fi.loquitur de administratione publica non priuata:vt patet ex
ratione ibi reddita p tex.vt nũc dixi.siue corrigat.d.l. spadonẽ.
§.iam autẽ.⁊ similiter.l.gñaliter.§.fi.allegata per Bar.loquit in
honoribus ⁊ dignitatibus publicis:nisi respõdẽdo dicas ꝙ tex.
in.d.iam autẽ.in ver.nõ iudeorũ,non infert necessario:ergo chri
15 stianorũ,† potest enim intelligi tex.de alijs sectis: maxime quia
tempore iurisconsultorũ qui vt plurimũ fuerũt tẽpore cesaris et
ante cesarẽ,christus nondũ venerat in virginẽ:vt patet in.l.ij.§.
sulpitius.⁊.§.fuit ante.ff.de orig.iur.⁊ est gloss.in.l.titia.§.fin.de
au.⁊ argen.leg.⁊ gl.in.l.pridie.ff. de fer. Secũdo ⁊ fortius facio
fundamẽtũ,ꝙ prohibitꝰ aspirare ad publicos honores vel ad-
ministratiões,intelligit qñ sunt vtiles,secꝰ qñ onerose,vt est tu
tela.Jstud assumptũ probo ex infrascriptis. Primo p illud qđ
in specie de iudeis dicit Bar.in.l.oẽs.C.de decu.li.x.⁊ illud mihi
16 multũ stringit,dicit ibi tex.ꝙ † iudeus[c] põt esse decurio ciuita-
c tis,dubitat ibi Bar.quõ istud possit esse,cũ decurionatꝰ sit di-
gnitas ⁊ honor,⁊ rñdet,ꝙ quatenꝰ est honor,nõ põt sed quate-
17 nus est onus ꝙ possit.† Scđo facit nã iudeus potest esse procu-
d rator[d] eo q̃ est onus,⁊ officiũ vilissimũ:vt dicit glo,§.fi.instit.de
excep.⁊ tex.⁊ Bar.in.l.si quis procuratorẽ. C.de decur.lib.x. ſm
18 Bal.in.d.§.iam autẽ,† Jtem infamis[e] potest esse tutor ratione
e predicta:vt est de mente gl.in.l.si ⁊ milites.§.sed ignominia.vbi
Jaco.de are.ff.de excu.tut.Tertio facit tex.solẽnis.in. l. qui so-
lidum.ff.de here.insti.quẽ Bal,Ang.⁊ alij ibi reputant singula
rẽ.⁊ Bal.in.l.eam quã.in pe.col. C.de fideicom,⁊ p illum tex. ibi
19 determinãt Bal.Ang.⁊ Jmo.post Dy.† ꝙ exclusus ab officijs
publicis,intelligit ab vtilibꝰ,nõ ab onerosis.Et iõ statutũ ciui-
tatis Florentie disponẽs ꝙ gebellini nõ possint habere aliqua
officia in ciuitate,intelligitur de vtilibus, nõ autẽ de onerosis.
20 † Quarto facit ꝙ vult glo.no.in.l.ij.§.nemo.ff.de capi. dimi. ꝙ
f bannitus[f] desinat esse ciuis:verũ est quo ad eiꝰ vtilitatẽ,nõ aũt
quo ad onera.Quinto facit qđ no.Bar.in.l.j.p illũ tex.C.de in-
21 fa.lib.x.⁊ in repe.l.j.in pe.col.C.de digni. lib.xij. † ꝙ si ex forma
statuti aliquis perdit nobilitatẽ:puta q̃ fuit de falso cõdemna-
tus,intelligit quo ad honores ⁊ vtilitates:nõ autẽ quo ad one-
ra.Sequitur Lud.ro.in.l.si qnis in graui.§.de his.ff.ad silleia.
Ang.de are.in trac.malefi.in ver.semproniũ.in vlti.colũ. Sex-
to facit qđ egregie tenet Pe.de anch. in.c. intelleximꝰ.de iudi.
22 † vbi limitat aut.hoc amplius.C.de fideicõ.ꝓcedere quatenus
23 hereditas esset vtilis heredi negligenti:secus si onerosa.† Se-
ptimo facit qđ tenet.d.Cardi.in cle.j.in.vij.col.de regula.qđ pri
uatus loco ⁊ capitulo.non intelligit priuatus loco oneris, sicut
in his que sunt discipline.arg.c.reprehẽsibilis.de appella.Vlti-
mo facit qđ vult Bal.in cõsi.lxxvj.ꝙ refert solẽnis doctor Senẽ
sis.d.Joãnes baptista de sancto Seuerino in rep.l.oẽs populi.
24 in.vj.char.ff.de insti.⁊ iur.† ꝙ si statutũ disponat mercatorẽ vsu
rariũ nõ haberi ꝓ mercatore,nõ intelligitur quo ad onera que
subire debent mercatores. Ratio omniũ p̃dictorũ est ne indu-
cta in odiũ retorqueant ad cõmodũ cõtra.l.relegatorũ.in fin.ff.
25 de interdic.⁊ releg.Nec ob.fundamẽtũ Bar.hic:q̃ † judeꝰ nõ iu
rabit ad sacra dei euãgelia:sed per deũ quẽ colit.l.nõ erit.§. di-
uus.vbi Bal.Sali.⁊ Moder.ff.de insti.⁊ iur.Bar.in.l.iij.§.iura
ri.eo.ti.Spe.in ti.de iura.calũ.§.restat.ver.sed pone iudeus liti
gat cũ christiano.d.Ant.de but.in ꝓemio decretaliũ. Pau. de
ca.in.cõsi.xcviij.inci.visa quadã scriptura:⁊ ipsemet Bart.in. d.
§.iam autẽ.sibi ꝯtrius tenet ꝙ isto casu iudeꝰ iurabit p deũ:⁊,ista
opi.in pũcto iuris est valde sustentabilis:sed q̃ christianis mo
ribus nõ cõgrueret iudeũ esse tutorẽ christiani: ideo seq̃re opi.
Bar.hic:quã simpl'r tʒ Jo.de ana.rub.extra de iude.in. iij. col.
⁊ in.c.fi.in.iiij.col.eo.ti.Ang.de are.in.§.p̃terea. ij.in. xlvj. colũ.
insti.de excep.do.Mar.Lau.sibi cõtrarius.in.l.j.in prin. in vlt.
char.j.eo.¶ Pro ista opinione tria stringũt. Primo q̃ tutor
principaliter datur persone:vt eã bonis moribus instruat. ⁊ in
cõsequentiã,rebus.l.in copulãdis.C.de nup.⁊ est tex.notabilis
xij.q.j.in.c.fi.sʒ tex.in.c.ad hoc.de iude.inhibet cõuersationẽ cũ
iudeis,ne ad eorũ pfidiã,animi simpliciũ trahant:⁊ per hoc cõ-
26 sidera † an iudeꝰ posset esse curator christiani, qui principaliter
datur rebus,q̃ nõ pono pro cõstanti.Scđo facit q̃ debitor vel
creditor nõ põt esse tutor pupilli:⁊ hoc,ꝓpter piculũ rerũ. aut.
minoris debitor.⁊ vnde sumit. C.qui da.tu.vos.Quantomagis
iudeus prohibebit esse tutor christiani cũ hic vertit nõ solũ pe-
riculũ persone,imo anime:⁊ anima est cunctis rebꝰ preferenda.
l.sancimus. C.de sa.san.eccle. Tertio facit,q̃ in dubijs opinio-
nibus,in iudicãdo est amplectẽda illa pars per quã euadit peri
cula anime.l.sunt psone.ff.de reli.⁊ sumpt.fune.Sed ad ista pos-
ses respondere tenẽdo aliã partẽ,ꝙ ꝓpter pericula predicta pu
pillus nõ aletur penes iudeũ:sed penes matrẽ vel auiam chri-
stianã vel aliũ agnatũ christianũ.Nec per hoc ꝓhibetur esse tu
tor sicut als sit:vbi est periculũ de vita pupilli si alatur penes tu
27 torẽ.l.j.⁊ fi.ff.vbi pu.edu.debeat.⁊.l.fi.C.eo.† Adde vltimo ⁊ no.
vnũ singulare dictũ Bal.in.d.§.iam aũt.vbi dicit ꝙ si per prin-
cipẽ esset cõcessa immunitas incolis alicuius loci.talis immuni
tas comprehendit etiam iudeos ibidem habitãtes ⁊ dicit ꝙ ha
buit de facto.⁊ sequit.d.Mar.Laud.hic: adqđ vide Bar. in.l.j.
ff.ad leg.iu.maie.Vltimo quare iste liber appelletur ffoꝝ.seu
pandectarum declarat tex.in.l.ij.§.j.C.de vete.iur. enucle. ⁊ gl.
s.in proemio.ff.in verbo pandectarum.

1 ☞ Natura copule requirit concursum vtriusq; copulati.
2 An ⁊ qñ copula requirat concursum vtriusq; copulati.
3 An autem per copulam inducatur repetitio precedentis quali
tatis vel conditionis.
4 Quid iuris sit si maritus relinquit vxori in testamento omni
anno ex tali fundo decem corbes frumenti.
5 De natura huius copule ⁊:est copulare eque principaliter.
6 A sententia super possesso.de iure ciuili non appellatur tamen
potest dici de nullitate.
7 An possit dici dico sententiã nullam ⁊ si qua est appello.
8 Judices ⁊ aduocati vtentes legibus (prout debent) meliorem
vitam faciunt quam fratres predicatores.
9 Verbum necessitatiuum ratione subiecte materie resoluitur in
voluntarium.
10 Verbum debet ꝙ est necessitatiuũ si addatur dictio precisa om
nino importat honestatem ratione subiecte materie.
11 Potestas ciuitatis an possit facere vnum proclama ꝙ qui cepe
rit bannitum habeat centum.
12 Si testis dicat nisi fallor:non per hoc aliquid derobatur dictis
per eum.
13 Testis dicens videtur:non derogat dictis per eum.
14 Quando testis dubitat non valet eius dictum.
15 Testis deponens per verbum credo regulariter non probat. ⁊
numero.16.

a ¶ Esse tutor. Adde do.in.l. spadonẽ.ff.de excu.tu.io.an.in addi.Spec.ti.de iudeis.i.§.sepe.cir.fi.

b ¶ Testis. Adde bar.in.j.l.qui accusare. C.đ edẽ.tex.gl.Bal.⁊ do.i l.qm̃.de hereti.Spe.t i tu.de test.i §.j.versi.itẽ ꝙ est iudeus.Abb.in ca.iudei.de testib.⁊ ibi Mod.post eũ.⁊ in quo casu iudeꝰ possit eẽ testis ꝯ christianũ:vide Feli.i.c.cũ sit.in.ij.col.de iude.

c ¶ Judeus. Addõ.c.nulla.liiij.di.et i.c.cõstituti xvij.qõ.iiij.

d ¶ Procurator.adde text.iuncta gl. in.c.nemo. de pc.di.j.⁊ in.l.fi.⁊ ibi Bart.C.de post.

e ¶ Jtẽ infamis.Adde l.j.in.§. bestias. ff. de postu.

f ¶ Qđ bãnitus. Adde Ant.đ bu.in.c.p tuas.super gl.de sen.excom.

17 Si testis dicat videre meo: iudicio meo: aut ſm conscientiā meā non probat: ⁊ nu. 18. ⁊ 19.
20 Verba dubia facilius infringunt dictum testis ꝙ sententiam.
21 Sententia lata per verbum credo est valida.
22 Sententia lata per verbum forte vel simile non valet.
23 Si testis productus in causa mutui dicat ego vidi numerari cētum titio nisi fallor probat.
24 Testis qui dicit ꝙ sic sibi videbatur probat.
25 Testis deponens per verbum credo si assignat rationem concludentem per sensum corporis probat.
26 Testis deponens per verbum iudicio suo ⁊ annectit rationem per sensum corporeum probat.
27 An probet testis qui deponit per verbum forsitan.
28 An probet testis q dixit ita dico prima fronte ⁊ quid in iudice.



Iuri operam daturuz.

Istud principiū vsqꝫ ad. §. huiꝰ studij ſm Bart. ⁊ alios diuiditur in quinqꝫ, vt hic per eos. In
1 p̄mis pōdera tex. ibi ius est ars boni ⁊ equi † cū natura copule requirat cōcursum vtriusqꝫ copulati. l. si heredi plures. ff. de cōdi. insti. ⁊ l. si quis stipulatꝰ fuerit decem aureos. ff. de ver. obli. videretur qḋ ius semꝑ copulatiue disponeret super bono ⁊ equo simul ⁊ semel: ⁊ tamē est falsum: qr quoddā est ius qḋ est bonum sed nō equum ⁊ ecōtra quoddam equū qḋ nō est bonū: vt in gl. Bar. respōdet ꝙ qñ vna qualitas copulatur duobꝰ substantiuis: tunc nō requiritur cōcursus: vt hic. Caue qr Bar. ĩ. in doctrina magna videt̃ esse cōtrarius dū dicit ꝙ qñ copula ponit̃ inter duo substantiua aliter nō verificata ꝙ imo requirit̃ cōcursus: ſ3 salua ꝙ Bar. ĩ. loquit̃ qñ copula ponit̃ inter duo que sunt mere substantiua: vt quando lego fundū titio ⁊ seio. Titius ⁊ seius sunt mere substātiua: hic autē loquitur Bar. qñ copula ponit̃ inter adiectiua sed substātiuata in neutro genere: vt hic i tex. boni ⁊ equi. ¶ Subdit Bar. ꝙ qñ copula ponit̃ inter duo adiectiua: tunc bene requirit̃ cōcursus: ita intelligit. d. l. si heredi plures. Caue qr illa lex videtur inepte allegari ꝑ Bar. cū ibi copula nō sit inter adiectiua: sed inter orationes. ⁊ ideo videt̃ ꝙ meliꝰ ad hoc allegasset tex. in. l. ea tñ adiectio. ff. de leg. iij. de qua statim postea opponit: ⁊ si nescias īducere: inducas ꝓut declarat Bar. in. l. si is qui ducēta. §. vtrū. in. iiij. oppo. ff. de reb. dub. nā ibi copula: et: ponit̃ inter illa adiectiua empta ⁊ parata: veritas est, ꝙ Bar. ĩ. in doctrina magna ponit pro eodē ꝙ copula ponat̃ inter orationes vel inter adiectiua. et hoc modo bene allegat Bart. illā legem: sed ob. qr ibi loquit̃ qñ adiectiua nō habent certū substātiuū vt per te videre poteris.
2 ¶ † Hic sumpta occasione Bar. ponit plenā doctrinā: an ⁊ qñ copula reqrat cōcursum vtriusqꝫ copulati: ⁊ facit tria mēbra p̄ncipalia: qñqꝫ ponit̃ inter incōpatibilia: aliquando inter duo idē importātia: ⁊ istis duobus casibus non potest seruare naturam
a copule. Aliqñ ponit̃ inter diuersa: ⁊ ista est proprie natura copule, vt cadat inter diuersa glo. est in rubri. ff. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ clarior gl. in. c. querelā. de simo. Et isto casu Bar. facit tria mēbra: aut ponit̃ inter substātiua aut inter adiectiua: aut inter orationes. Et considera dū Bar. capit ꝓ eodē ꝙ copula ponatur inter duo adiectiua nō habētia certū substantiuū in spē: vel qḋ ponatur inter oratiōes. Ratio: puto ꝙ fuerit de mente Bar. qr tunc illa adiectiua cū substantiuent̃ nec habent depēdentiā ab vno certo: certe vtrūqꝫ stat separatim ⁊ de ꝑ se: vt in hoc tex. vbi est, perinde ac si diceret, ꝙ ius est ars boni. Itē est ars equi, ⁊ sic est perinde ac si copula poneret̃ inter oratiōes, credo ꝙ ista fuit intentio ⁊ mens Bar. eandem doctrinā ponit magis distincte Bar. in. l. si is q ducenta. §. vtrū. ff. de rebus dub. Aliā doctrinā tradit late Bal. hic. ⁊ in. l. gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. et post. recitat simpliciter Ang. de are. in. §. si plures. insti. de here. insti. istā materiā tradūt Canoniste in. c. ex ꝑte extra de resc. ⁊ in c. ij. de ꝓba. ⁊ in. c. in plerisqꝫ. vbi bona gl. de elec. Aliquid Bal. in. l. fi. per illum tex. C. de sent. ¶ Verū qr doctrine doctoꝝ sunt multū intricate ego ꝑ regulā ⁊ fallentias clarius trado hāc materiā. regula ergo est generaliter vera, ꝙ copula reqrit cōcursum vtriusqꝫ copulati. alias nō esset differentia inter copulā et alternatiuā. d. l. si heredi plures. ⁊. d. l. si qs stipulatꝰ fuerit decē. ¶ Amplia istā regulam vt habeat locū etiā in materia penali: vnde qñ a statuto duplex pena copulatiue imponit̃ requirit̃ cōcursus vtriusqꝫ ſm bar. in. l. qd ergo. §. pena grauior. ff. de infa. ¶ Secūdo adde gl. in. c. j. in verbo ꝯtra iustitiā. de re iudi. li. vj. ꝙ pena suspēsionis a beneficio per annū ibi imposita iudicanti cōtra iustitiā ⁊ cōtra cōscientiā, requirit vtrūqꝫ copulatum, super quo per te cōsidera ꝓpter doctrinam Bar. hic. ¶ Tertio adde qḋ notabiliter decidūt Iaco. but. ⁊ Moder. in. l. mancipia. per gl. iij. ibi. C. de ser. fugi. ꝙ statutum disponens, qḋ turbans ⁊ expellens aliquem in possessione, soluat cētum, ⁊ ablata restituat: nō procedit si aliquis solūm turbat vt soluat cētum quādo etiā non expellit. licet Bal. ibi cōtrarium teneat: ⁊ habes per Lud. ro. in singularibꝰ suis. ⁊ ad hoc adde gl. in. d. cle. in plerisqꝫ. ⁊ ibi Pe. de ancha. ¶ Quarto adde qḋ decidit Bal. in. c. fi. de duobꝰ fra. a capi. inuesti. ꝙ si statutum dicat si quis caruerit filio ⁊ filia frater succedat, requiritur cōcursus vtriusqꝫ, ⁊ bene facit doctrina Bar. hic: qr qñ copula ponitur inter duo substātiua requirit̃ concursus. ¶ Quinto adde qḋ decidit Lu. ro. in cōsil. lxvj. inci. visa diligenter ꝓpositi thematis cōsultatione. in. iij. col. ꝙ si aliquis in instr̄o cōcedit oēs petias terre positas in comitatu ⁊ villa ⁊ vocabulo mōtis Alberici, qḋ omniū triū concursus copulatiue requirit̃ ad hoc vt aliqua petia terre veniat. ¶ Sexto adde qḋ decidit. d. Alex. in cōsi. xlviij. incip. super hesitatione de statuto disponente. in. j. vol. ꝙ si pater ⁊ filiꝰ habitauerūt simul et in cōmunione: requirit̃ cōcursus vtriusqꝫ copule. ¶ Septimo adde qḋ decidit idem. d. Alex. in cōsi. x. in. iij. vol. incip. circa p̄muz dubiū. in. v. col. ꝙ pena imposita filio habitāti seorsum ⁊ prouocati ad decisionē non cōmittit̃ nisi vtrūqꝫ cōcurrat. ¶ Istā regulam sic ampliatā limita ex tota doctrina Bar. tribus modis. Primo qñ ponit̃ inter incompatibilia seu inter cōtraria: nam cū non possint copulari: copula mutat officiū suum ⁊ resoluitur in disiūctiuā. l. si titio fundus. vbi Bar. inducit ad notabiles decisiones quas ꝑ te videas. ff. de vsufru. lega. Bar. in bonis lecturis reprobat gl. ibi, ⁊ in aut. hoc locū. C. si mu. secun. nup. Bart. ⁊ Mod. in. l. recusare. §. titiꝰ. ff. ad trebel. Ad idē est tex. notabilis. in. l. fi. in prin. C. de codicil. not. Bald. in. c. cū venissent. in. iij. notabili. iunctis precedentibꝰ. de eo qui mit. in pos. Sed inquātum Bar. allegat. l. si titio fundus. cōsidera, qr illa lex melius cadebat sub alio mēbro Bar. quando copula ponitur sub vno qḋ inest alteri: qr in legato fundi inest vsusfructꝰ: nec videntur ista incōpatibilia, fundus ⁊ vsusfructꝰ. Itez attende circa illā. l. si titio fundus. vbi dicitur ꝙ si testator legat alicui fundū ⁊ vsufructū: cum appellatione fundi veniat ꝓprietas ⁊ vsusfructus, dicit tex. ꝙ copula ⁊, resoluitur in disiunctiuā vel ⁊ potest legatarius eligere fundū, in quo casu vtrūqꝫ habebit. Itē potest eligere solum vsumfructū si vult. Potest dubitari, quis erit ita fatuꝰ ꝙ eligat solū vsumfructū cū possit habere vtrūqꝫ eligēdo fundū: dic ꝙ vtilitas potest esse magna, eligere vsumfructū solū, quādo aliquis donasset alicui p̄sentia ⁊ futura: si eliget fundū applicabit̃ donatario, si eliget vsumfructū nō applicabitur alicui: qr nō potest donari nec cedi: nec ad heredes trāsmitti. Itez si omnia bona alicuius essent publicata in fiscū, non veniret vsusfructus formalis. Istas subtilitates ad illā legē ponit Bal. in aut. hoc locū. in vlt. q. C. si mul. secun. nup. Item adde inquantū predixi qḋ in. l. si titio fundus. ibi copula videbatur poni inter duo, quoꝝ vnum inest alteri, dic esse verū intelligendo de vsufructu causali qui cōtinetur sub fundo: sed intelligendo de vsufructu formali ille bene est incōpatibilis cū proprietate: qr impossibile est ꝙ in re propria quis habeat vsumfructū formalē: qr res propria non potest alicui debere seruitutē vel vsumfructū. l. vti frui in p̄n. ff. si vsusfru. peta. ⁊ hoc modo intellexit Bar. ⁊ ita loquitur ille tex. ¶ Scdō limita qñ copula ponitur inter duo idem sonātia: tunc qr est cōtra naturā copule q̄ debet cadere inter diuersa: vt predixi, remota copula, vnū resoluitur: vt sit adiectiuū alterius: vt hic per Bar. ⁊ in. l. j. in prin. per illū tex. ff. de pac. ⁊ in extrauagāti ad reprimendū: in verbo videbit̃. in vlti. col. gl. ⁊ Bart. in rub. C. de agri. ⁊ censi. lib. xj. Et puto qḋ ratio huiꝰ mēbri sit: qr de natura copule ⁊: est cadere inter diuersa: vt est gl. in rub. ff. de iuris ⁊ fac. igno. ⁊ gl. in. c. q̄relā. de simo. quādo copulat inter duo idez importantia necessario reijcit̃. Et quantum ad istas duas fallētias nō est proprie materia nostra: qr non stat proprie in vim copule: sed reijcitur aut conuertit̃ in disiunctā. ¶ Tertio limita quādo ponit̃ inter orationes, nō respectu certi dispositi in indiuiduo: vt hic ꝑ Bart. ⁊ in. l. j. in fi. per illū tex. ff. de his qui no. infa. ⁊ in. l. vtvim. in. iij. col. ĩ. eo. ⁊ in. d. §. vtrū. ⁊ in. d. l. si heredi plures. vbi subtiliter Comēsis: ⁊ ideo puto (nō inuenio tñ scriptū) ꝙ si plures orationes copulate respicerēt etiā in indiuiduo, requireretur cōcursus, si lex diceret titius sit infamis si duas vxores habuerit ⁊ furtū fecerit, crederē ꝙ oīa requirerētur ad hoc vt esset infamis: ⁊ pro isto membro, qñ copula ponitur inter plures orationes respiciētes aliqd certū. adde text. no. in. l. si qs stipulatus fuit decē aureos. ff. de ver. obli. ⁊ ad istam conclusionez Bar. in hoc mēbro potes colligere rationem ex. l. falsa. §. fi. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊. l. ij. in fi. ff. de cōdi. insti. ¶ Quarto notabiliter limita vltra Bart. ⁊ alios, qñ copula ponit̃ inter duo adiectiua que habent suū substantiuū, sed non in indiuiduo: prout est qñ dicitur, titius est albus ⁊ magnus: sed habēt substantiuū indefinitū: tunc non requirit̃ cōcursus vtriusqꝫ copulati: puta si testator dicat, lego vestes emptas ⁊ paratas gratia vxoris. l. q cōcubinam. in prin. ⁊ ibi no. Bar. ff. de leg. iij. ⁊ idē Bar. in. d. §. vtrū. in. iiij. oppo.

a ¶ Aliqñ ponit̃. Addō. l. si duo. C. ꝑ quas ꝑso. no. ac. doc. in rub. ff. de in. ⁊ fac. ign. ⁊. c. duo sūt ⁊ ibi do. xvj. dist. doc. in c. dānamꝰ. de sum. tri. doc. in. c. ecclesia. el. ij. de elec.

in.iiij.oppo.licet illum tex.non alleget.facit.l. ea tamē adiectio. ff.de leg.iij.et hic in verbo boni et equi. Ista est valde necessaria limitatio inter oēs, per quā comprobo ineuitabiliter illud qd tz Lud.ro.in cōsi.ciiij.incip. pr reuerende, vbi cōsuluit ꝙ statutū ciuitatis Florentie disponēs qd cōtra debitores cessantes et fugitiuos ꝓcedatur ad capturā ꝑsone.vendicat sibi locū in debitore qui cessauit soluere, quāuis nō sit fugitiuꝰ: et sic cōsuluit qd in dicto statuto copula nō requirat cōcursum, qd sint cessantes et fugitiui: mouet malo fundamento.s.per.l.j.cū similibꝰ.ff.de infa.q loquit qñ copula cadit inter orationes: vt hic per Bar. sed pro eo multū stringit limitatio ꝑdicta, cū illa duo adiectiua non habeant substātiuū in indiuiduo sed indefinitū.s. cōtra debitores. Caue tamē, ꝙ ex quo illud statutū est cōtra ius cōmune, ſm qd, nemo potest capi ꝑ debito priuato.l.iij.§.tutores.cū gl.ff.de suspec.tu.et.l.nemo carcerē.C.de exac.trib.lib.x.certe illud statutum videt debere stricte intelligi, quādo debitor subijt vtrāq qualitatē,ꝙ.s.cessat soluere: et ꝙ est fugitiuꝰ: et ita credo ꝙ fuerit intentio statuētiū: et cōtra Lud.in terminis eiusdē statuti florētini tenet Ang.in cōsi.xvj.incip.visis statutis et ordinamētis cōmunis Florentie.in.j.col.ad fi.et nō credo.ꝙ si statuētes fuissent interrogati nunqd alterū sufficiat, qd respōdissent affirmatiue: iuxta gl.reputatā singularē in.l.tale pactū.§.fi.ff.de pact.quia si mens statuētiū ita fuisset certe statutū fuisset sub disiūctiua cōceptū, vel cōtra debitores cessantes, vel fugitiuos. ¶ Quinto limita qñ copula ponitur inter substātiua inter q cadit ordo charitatis, vt si pater acquirat emphyteusim vel feudū ꝑ se et filijs et nepotibꝰ et pronepotibus: nā oēs non admittunt simul copulatiue: sed ſm ordinē charitatis, ꝑmo pater: eo mortuo, filij: mortuis filijs, nepotes: et sic successiue.gl.est ordinaria.in.l.gallus.in prin.vbi doctores.ff.de lib.et posth.vbi videas. ¶ Sexto limita qñ resultaret absurdū, vt qñ pater substituit filios et heredes, vl acqrit pro filijs et heredibꝰ.vt late per Bar.et Mod.in.d.l. gallus.§.etiā si parente.late Imo.et.d.Alex.in.l.quid dicitur. ff. de verb.obli. ¶ Septimo limita ꝑ doctrinā Bal.in.l.si mater tua. C.de rben.emp.vbi tenet ꝙ ꝓponens copulatiue duas causas non tenet vtrāq probare, nisi requirat respectu vnius effectꝰ: et idem Bal.in.l.j.in.ij.col. C.de cōdi.inser.vñ decidit Bald.in.l. edita.circa fi.C.de edendo.si accuso titiū et seium ꝙ intulerunt Petro dno vulnera: ex quibꝰ mortuus est, et nō probo de seio, sz de titio, ꝙ tamen titiꝰ cōdemnabit: facit qd voluit Bar.et Mod. in.l.diuus.ff.de re iud.Abb.in.c.licet causam.de proba.ꝙ q opponit cōtra testem, ꝙ est falsarius, et corruptus pecunia, non tenetur vtrūq ꝑbare ponit Bal.in.c.ex parte.j.de rescri.et ibi late alij Canon. ¶ Octauo limita ex eo quod notabiliter decidit
a Bal.hic: in penul.col.ꝙ si sit factū legatū doctoribꝰ et medicis[a] Padue, nō requirit concursus, ꝙ idem sit doctor et medicus simul, sed cōprehēdit omnes tā medicos solum, ꝙ doctores solū: qr cū ingerat generali subiecto non copulat plures qualitates, sed plura subiecta: quorū vnū non dependet ab altero: allegat duos tex.qui parū faciunt.s.l. titie textores.§. nihil.ff.de leg.j.et tex.in.l.si mulieri cū liberis.ff.de vsufru.ac.melius facit.l. precedens si quis titio et heredibꝰ. Sequuntur notabiliter.d. Ant.et Imo.in.d.cle.in plerisq.d.Alex.in cōsi.xx.in.iij.vol. pōderatis his q in themate narrat.in.iij.col. ad fi.et seq.et in cōsil. cccclxvj. incip.super eo de quo querit vez an statutū.in.iij.col.et consi.cx. col.iij.et.iiij.e.li. Circa istā materiā copule vide regulā quā ponit Bar.in.l.vt vim.in.iiij.col.§.eo.vbi tex.ibi dicit.vt vim atq iniuriā ꝑpulsemus: nūquid requirat cōcursum vbi copula, et determinat ꝙ non: ista ratiōe, qr ſm eū, qñ copula ponit in dispositionibus legalibꝰ: copula tunc nō seruat officiū copule: sed ponitur pro puncto oratiōis.allegat.l.j.ff.de infa.et ista erit noua regula quā Bar.hic omittit: sed credo ꝙ nō bene dicat: qr.l.j.ff.de infa. loquitur qñ copula ponit inter orationes prout meliꝰ declarat
3 hic. † An autē per copulam inducat repetitio pcedentis qualitatis vel cōditionis: exēplū, dicit testator, lego titio fundū sub cōditione: si nauis ex asia venerit et domū: nūquid in illa copula et domū, intelligat repetita ꝯditio, si nauis ex asia venerit: habes tex.no.i.l.seie.§.caio.et ibi pulchre Bar.ff.de fun.instr.et no.in simili Bar.in.l.doli.in prin.ff.de ser.corru.et qd no.in.l. si ita stipu
4 latus.in.§.chrysogonus.ff.de verb.obli. ¶ † Itē quid iuris sit, si maritus reliquit vxori in testamēto omni anno ex tali fundo decē corbes frumenti et decē libras. Debes scire ꝙ in legato annuo solutio dz fieri in ꝑncipio anni.l.q hoc anno.vbi gl.et doc.ff. de ver.obli.§.q hoc anno.insti.de ver.obli.fallit qñ legat frumētum annuū ex tali fundo: qr non dz solui in prin.anni, sed tēpore messiū, tex.est no.in.l.firmio.§.si pater.ff.qñ dies leg. ced. quid erit hoc casu: nunqd sicut frumentū dz solui tēpore messiū: ita et x.libre ꝑpter copulā et, certe.x.libre propter copulā et erūt soluēde tēpore messiū: ita notabiliter ponit Bar.nec alibi legi: in.l.si legatarius.§.fi.ff.de leg.iij.vbi decidit, et sequit Ludo.ro.in.d.l.

5 qui hoc anno. ¶ † Ultimo circa istā copulam et nota ꝙ eius natura est copulare eque principaliter.l.j.et.ij.vbi Bar.ff. de pecu. legato.notat Bar.post Dy.in.l.si cui.ff.de fun.instru.et in.l.titie textores.§.j.ff.de leg.j.et.§.si quis ancillas.insti.de lega. ¶ Et ꝑ hec semper putaui ꝙ nō sit vera quedā solēnis decisio Sali.nā
6 debes scire ꝙ † a sñia lata sup possessorio de iure ciuili nō appellat.l.vnica.C.si de momen.pos.fue.appel.late Barto.in.l.si.ff.de appel.reci.tñ licet appellari non possit, potest dici de nullitate: ita expresse determinat Bal.in.d.l.vnica.in pe.col.et in.l.j. in.iij. col. C.ne li.in vna eadēq cā tertio ꝓuo.et facit ratio: qr regulariter de nullitate cuiuslibet sñie potest dici.l.j.§.j.ff. de fer.l. si expressim.vbi late Bar.et oēs.ff.de app.cle.j.de re iudic. cum simi.
7 † Iste due regule sunt clare. Pone nūc ꝙ sit lata sñia i possessorio cōtra aliquē, ille cōtra quē lata est: put de cōsuetudine fit: dicit, ego dico sñiam nullam: et si qua est appello, nūqd valeat. Sali.mirabiliter tenet ꝙ non in.d.l.vnica. C.si de momen. pos. fue. app.nā dicit, ꝙ in oībus causis in quibꝰ nō potest appellari.sed dici de nullitate de per se: si qs simul iungens dicat, dico sñiam nullā: et si qua est appello, nihil valet: ratio est ſm eū, quia videt principalr appellare: et casu q nō possit appellare, videt postea dicere de nullitate: et sic nullitas intelligitur intēteta accessorie et nō principaliter: prout est gl. multū singularis quā signa.in.l.j. C.qñ ꝓuo.nō est neces.si ita est, ergo si non valet ꝑncipale.s.appellatio, nō valet etiā nullitas, q venit accessorie: qr vitiato principali vitiatur etiā accessoriū: et dato ꝙ ex ordine verborū prius dicat de nullitate: tamen ex ordine intellectus et legis dicit accessorie: ita residet Sali.ibi.et idem tenet Sali.in.d.l.j.per gl.ibi. C. qñ ꝓuo.non est necess. Semper putaui et puto oppositū: quia quādo dico sentētiā nullam: et si qua est appello: nullitas nō est intencata accessorie: sed eque principaliter, ꝑ regulam quā proxime dixi: qr copula inter orationes vl inter alia copulata, semꝑ copulat principaliter nō accessorie: et in terminis nostris ꝙ nullitas intelligatur principaliter intētata expsse tenet Bart.in.d. l.si expssim.in.iij.col.et ibi Io.de imo.in.iiij.et.v.col.et expsse Jac. bu.reprobata illa gl.in.d.l.i.C.qñ ꝓuo.nō est neces. Ita teneo quāuis Ang.in.d.l.si expressim.dicat, ꝙ habuit alias istū casum in ciuitate Florētie: et ꝙ ꝑ multos doc.fuit cōclusum ꝙ nullitas esset ꝑncipaliter intentata. Et ꝙ ita fuit iudicatū Florentie: sed ꝙ nō audet recedere a gl.in.d.l.j.et ita in terminis nostris inuenio qd decisionē Sali.reprehēdit.d.Alex.in cōsi.ij.in.iij.vol.qd incipit cōsideratis.in.iiij.et.v.col.fi. ¶ In text.ibi: cuius merito quis non sacerdos appellat. Adde qd dicit Hostiē. in proemio
8 summe sue.in.iiij.col.ꝙ † recti iudices et aduocati vtētes legibꝰ prout debent, meliorē vitā faciunt ꝙ fratres ꝑdicatores, vel alij religiosi.refert et sequit Alb.hic circa fi.et in.l.ꝑ diuersas. C. mā-
9 da. † Item pondera istū tex.in ver.oportet.iuncta gl. que exponit: id est decet, ꝙ verbū necessitatiuū rōne subiecte materie resoluitur vt sit volūtatis.adde gl.in.l.j. in gl.fi.ff.sol.ma.et in.l.j.ff.
10 de offi.prefe.pre. ¶ † Itē adde plus ꝙ verbū debet[b] ꝙ est neces-
b sitatiuū si ei additur dictio precisa omnino: vt qr dicat. omnino debet: tamē ratiōe subiecte materie, solū honestatē.et nō necessitatē importat.tex.est solēnis in.c.j.in verbo omnino dz cū glos. fi.et ibi no.d.Abb.de despō.impu.et vide gl.in cle.attendētes. in verbo debeāt.de statu mo. Similiter verbū debet exponit pro potest.gl.in.l.obseruare.§.fi.in ver.debet.ff.de offi. ꝓcō. et leg. ¶ In tex.ibi: premiorū exhortatione.istū tex.inducūt Guil. de
11 cu.Bar.Bal.Ang.Fulg.et alij ad qōnē.† an potestas ciuitatis possit facere ꝑclama, ꝙ quicūq ceperit talē exbannitū habeat centū a cōmuni: et distinguūt vt hic ꝑ eos. Adde Bart.in.l.cum nauiculariorū.ad fi.per illū tex.C.de nauicu.lib.xj.et i l.i.C.de salario nemini prestan.li.x.et in.l.nō oēs.§.si.quā legit sub.l. precedenti.ff.de re mil.et in.l.si liberū.in fi.C.de plagia.Bal.in.l.pe.C. cōmi.vel epi.Ang.in.l.j.in prin.ff.ꝙ quisq iuris. in. l. interesse. ff.de acqui.pos. Pondera ꝙ Bar.in.l.j.in prin.ff.ꝙ qsq iur. videtur sibi ꝯtrarius in secūdo exēplo qd ibi ponit.et idē.d. Alex. in.iij.col.ponderat istā cōtrarietatē. In contrariū etiā facit qd decidit Bal.in.l.iij.C.de adul.vbi tenet ꝙ index inquirēs si mittat pro testibus, potest eis de publico deputare expensas, ꝑ tex. in.d.l.nauiculariorū.et ꝑ hoc not.per Guil.salua ex limitationibus.§.tradendis. ¶ Limita ergo primo decisionē doctorū: vt procedat.qñ occasione talis ꝑclamationis venit aliquid expendendum de publico: als secus.ita loquit primū exemplū Bart. in.d.l.j.in prin. ¶ Secūdo limita qñ talis expensa non fit de publico: sed ex multis q a potestate imponunt ſm Bar. in.l.mulctarū per illū tex.C.de modo mulctā.et in.l.diuus.ad fi.ff. de bo. dam. ¶ Tertio limita qñ esset expensa necessaria sine qua res erat peritura.d.l. cum nauiculariorū.quā sic intelligit Bal.hic. ¶ Quarto limita nisi statuat salariū super eo ꝙ debet sumptu publico expediri.l.mulier.ff.de capti.et.d.l.cū nauiculariorū.ſm Ang.in.l.j.in prin.ff.qd quisq iur.q dicit ꝙ istud vidit de facto

a ¶ Doctoribus et medicis. Adde Bar.in.l.si is qui certa.i.§.vtrū.ff. de re.du.Ja.bu.i sua disputatione de artificibus artis lane.

b ¶ Verbum debet.adde Bar.i.l.creditores. C. de pig.Ab.i.c.cū locū. de spō.Ab.i.c.si.de his q fi.a prela.sine ꝯsen.c. Jo.cal.i.c.itellexīꝰ. de iudi.

Perusij infinitis vicibus deputatus ad prouidendum contra
rebelles. ¶ Quinto limita sm. d. Alex. in cõsi. cccccvij. in. j. vol.
inci. sup primo quesito. in. ij. col. vt procedat in rectoribus tẽpo
ralibus, positis ad regimẽ ciuitatis: secus in magistratibꝰ per-
petuis. qui regũt ꝑprio noĩe vt in marchionibus comitibus: ⁊
similibus, iuxta doctrinã Bar. in. l. oẽs populi. in. iiij. q. j. princi-
palis. ff. de iusti. ⁊ iure. ¶ Item ad id qđ subdit Bart. p. d. l. mu-
lier. Adde Bal. in. c. dño guerrã. circa primã col. in ti. hic finitur
lex: deinde consue. reg. incipiũt. d. Bar. veronẽ. in cautela. xxv.
12 ¶ † Quarto põdera tex. ibi: nisi fallor. sm Bal. in vi. col. ꝙ licet
testis dicat nisi fallor, nõ per hoc aliqđ derogatur dictis per eũ.
13 Idem tenent Ang. ⁊ Pau. de ca. hic: † qui dicunt, idẽ esse qñ te
stis deponit per verbũ videtur: allegatur Bar. post gl. in. l. j. in
prin. ff. de ven. inspi. adde ꝙ idem simplr tz Pau. de ca. in consi.
cclxxviij. incip. viso ꝑcessu. in pe. col. Sed Raph. Ful. hic tenet
contrariũ: qꝛ licet in iurisperito tradente doctrinã sit tolerabi-
lis modus loquẽdi cũ modestia, nisi fallor: quia sub dubio forte
loquunt sepe periti. gl. in. l. si duo. de arbi. tamen in teste non to-
leratur, cũ dubia probatio non relleuet probantẽ. l. nõ hoc. C. vñ
legi. c. in presentia. cũ si. extra de ꝓba. sicut nec toleraretur si de-
poneret per verbum forte. ¶ Confirmo vltra alios ex infra scri
14 ptis. † primo, qꝛ quando testis dubitat nõ valet eius dictũ: qꝛ du
bitans ⁊ ignorans equiparant. l. si. cũ simi. C. de condi. inde. sm
ditori dictū est.s.in scđo casu:ideo posset cōueniri fideiussor: qr
per factum suū culposum scꝫ iuris iniqui impetrationē sibi pre-
iudicauit:ideo sibi imputet.Et cum illa impetratio non noceat
principali debitori:⁊ sic in effectu principalis debitor cōueniri
non possit:ideo procedit solutio Bar.ꝙ habet etiam iure nouo
regressus primo ad fideiussorem:⁊ vide Bar.ad hoc:in.d.l.nisi.
ff.de pac.vbi alleg.no. ad hoc text.nr̄m. ¶ In.gl.j.dic ꝙ vterqꝫ
intellectus est bonus:lꝫ gl.reprobet primū per tex.in fi. ibi man
dati actionem non habebis:sed gl.fi.parua respondet ad hoc ⁊
13 bene vt hic per Bar. ¶ † In gl.ij.in ver.exceptione, fortissime
opponit de regula.l.fi.ff.de pac.vbi exceptio cōpetēs fideiusso-
ri etiam mediante pacto ⁊ facto debitoris,nō potest sibi auferri
per factum debitorismet,quomodo ergo hic exceptio de nō pe-
tendo que acquisita est fideiussori potest sibi auferri per ius ini-
quum impetratum a debitore principali.gl. dupliciter respon-
det,⁊ primo ꝙ ius iniquum erat prius impetratū anteqꝫ fieret
pactum de non petendo:⁊ sic exceptio pacti de nō petendo non
erat efficaciter acquisita fideiussori: nam si prius cōpetisset ex-
ceptio fideiussori nō potuisset sibi auferri per ius iniquū postea
impetratum a debitore.dicta.l.fin.simile in filio ⁊ seruo qui pos-
sunt preiudicare domino ⁊ patri in querendis, nō in acquisitis.
l.filius paciscendo.C.de pac.iuncta gl.l.fi.C.de acqui.pos. simile
in.l.qua aūt.in princip.ff.de his que in frau. credi. Secunda so-
lutio gl.est, ꝙ hic fideiussor consensit expresse impetrationi iu-
ris iniqui facte a reo principali:ideo sibi fideiussori preiudicat:
que alias non preiudicaret,per dictam.l.fi.facit.l.si cū hermes.
C.loca.sed gl.sequens in verb.iniuriam.sentit contrariuꝫ: dum
vult quod impetratio iuris iniqui indistincte noceat fideiussori
qr fideiussor ab initio hoc euenturū debuit cogitare, qđ posset
reus impetrare ius iniquum.arg.l.si quis domū.ff.loc. quasi in
omni casu intelligatur fideiussisse.arg.l.quero.ff.loca. sed istam
vltimam gl.reprobāt omnes:qr etiam in.d.l. fi. poterat fideius-
sor illud euentuꝝ cogitare:⁊ tamen sibi non preiudicat:non ob.
d.l.si quis domū.quia illud naturaliter poterat euenire vsufru-
ctuarium mori posse:sed ꝙ hic impetraretur ius iniquū nō de-
buit cogitari.Bar.⁊ communiter docto.dicūt,ꝙ vtraqꝫ solutio
potest procedere.Bal.dicit ꝙ ambe solutiones debēt simul iun
gi:⁊ quod ista gl.melius quā alibi declarat,quando factum prin
cipalis noceat fideiussori:sed certe prima sol.gl.diuinat,⁊ valde
restringit tex.sed fortius Pau.de ca.⁊ Alex.hic post Iac. but.
reprobant istam solutionē,fortissimo fundamento: nam si verū
esset ꝙ ius iniquū prius fuisset impetratū a reo, ⁊ postea fuisset
factū pactū de non petendo:p istud pactū intelligitur recessum
ab illa retorquutiōe iuris iniqui,qr creditor qui poterat vti re-
torquutiōe iuris iniqui faciēdo debitori pactū de nō petēdo in-
telligitur recedere ab illo iure,p regulā.l.si qs postqꝫ.ff. de fideius.
tn̄ tenēdo primū intellectū rn̄det Pau.de ca. ꝙ oportet intelli-
gere,qđ lꝫ ius iniquū pri⁹ fuisset impetratū,tn̄ creditor qn̄ post-
ea fecit pactū de nō petendo ignorabat impetrationē iuris iniq
ergo nō pōt dici remisisse p regulā.l.mater decedens.ff.de inof.
testa.⁊ sequitur Alex.hic:sed Pau.de ca.dicit,ꝙ est nimia diui
natio:⁊ ideo putat,ꝙ primus intellectus gl.non possit sustineri.
ego aūt dico qđ est tex.q tollit obiectū.in.§.illud.j.ea.l.vbi dicit
ꝙ si qs impetrat ius iniquū fit retorquutio,nō tm̄ quo ad actio-
nes vel exceptiones tūc cōpetētes,sed etiā quo ad eas que in fu
turū cōpetere inceperunt:⁊ sic p impetrationē iuris iniq facto
generaliter vt hic,p̄supponit nō solū pōt fieri retorquutio quā
ad exceptiōes ante cōpetētes: sed quo ad eas etiā q̄ postea ce-
perunt competere ex pacto de non petendo postea facto.Secū
da procedere non posset:quia isto modo etiā esset in secūdo ca-
su:vbi etiā impetratio fideiussoris noceret reo principali quan
14 do ipse reus cōsensisset:† vnde intelligēdo literam plane absqꝫ
violentia

a ¶ Cū bonū sit ar. adde Inn.i.c.cū i ecclesiarū. de ꝯsti.⁊ albe.de ros.i opere statuto.q.ix.

b ¶ Qđ fideiussor.adde Bar,i.l. de cē.ff.de verbo.obliga.

violentia responde ſm Jac.bu.ꝛ Bal.ꝙ reus per viā cōuentio
nis vel pacti,nō pōt preiudicare fideiussori:ita loquit̃ cōtrariū
sed per viaz delicti vt est hic, per viam impetrationis iuris ini-
qui que hz speciē delicti,bene pōt sibi preiudicare,sicut in simili
prelatus non pōt preiudicare ecclesie ꝯhendo:sed bñ delinquē-
do.l.iubemus nullā. C.de sac.san.eccl.c.cū venerabilis. de exce
ptio.habet̃ in regula delictū prelati.ꝛ est tex.notabilis in. c.j.§.
fi.vbi gl.ꝛ Bal.de capi.cōra.tamē hoc vltimum de delicto quo
modo procedat:qꝛ videtur obstare regula.c.delictū persone de
reg.iur.in.vj.dic vt per Cy.ꝛ Bal.in.d.l.iubemus.ꝛ Bar. nota.
in.l.aut facta.§.fi.ff. de penis.in fi.col.ꝛ notabiliter ꝑ Bal.in ru.
extra de cōsti.in.v.col.vbi dicit se tradere nouum intellectū ad
l.iubemus nullā.ꝛ ideo mora rei principalis nocet fideiussori. l.
mora.in prin.ff.de ver.obli.cū mora dicat̃ delictū:vt no.Jmo.et
Moder.in.l.si mora.post gl.ibi.ff.solu.mat. Jstam solutionem
impugnant Ang.ꝛ.d.Alex.hic,per tex.quē ad hoc reputāt sin-
gu.in.d.l.mora.in.ij. responso:vbi postꝙ est acqsita exceptio fi-
deiussori,mora ꝛ sic delictū rei nō nocet fideiussori. Pau.de ca.
respondet ad illū tex.qd ibi est:qꝛ ex facto rei preiudicaretur fi-
deiussori:hic tamen prouenit ex dispositione legis sic disponen
tis in impetratione iuris iniq.d.Alex.impugnat hāc solutionē
ꝛ bene:qꝛ vtrobiq; ꝓcedit ex facto hominis ibi cōmittētis mo-
ram:hic impetrantis ius iniquū:inuenio ꝙ Bal.super glos. se-
quen.in verb.iniuriam.aliter ꝛ mirabiliter respōdet,licet videa
tur dicere ad aliud propositum:quod ideo hic interpretatio iu-
ris iniqui nocet etiam fideiussori quo ad tollendum exceptionē
sibi prius competentē:quia fideiussor in hac lege vtitur admi-
niculo ex persona rei;nam pactum de non petendo erat factuz
reo,sed ex reo transit ad fideiussorem:dicta.l.ꝛ heredi.§.fi. ideo
transit cum sua causa.l.pompo.§.cū quis.ff.de acqui.posses.vbi
dicitur,quod quando quis vult vti accessione ex persona alte-
rius.debet vti cum sua causa ꝛ suis vitijs: quasi dicat Bal. secꝰ
esse si exceptio competeret fideiussori,non ex persona rei princi
palis.sed aliter intelligatur:dicta.l.fi.ff. de pactis. Jsta solutio
est colorata:sed est contra tex.in.d.l.fi.ff. de pac. vbi pactum de
non petendo fuit factum principali debitori:ꝛ ex eius persona
transiuit in fideiussorem:ꝛ tamen per factum principalis nō po
test postea ꝑiudicari fideiussori.Tu ergo notabiliter respōde:
ꝛ est pulchra ꝛ vera solutio,ꝙ tex.in.d.l.mora.in.ij. respōso.loq-
tur quādo exceptio fuit quesita fideiussori mediāte facto ipsius-
met fideiussoris,qui fecit oblationem:vnde si postea debitor sit
in mora succurritur fideiussori:vt ibi dicit tex.ꝛ non tollitur ex-
ceptio acquisita fideiussori mediāte facto proprio,sed tex. hic lo
quitur quando exceptio erat quesita fideiussori propter pactuz
debitoris de nō petēdo:qd etiā prodest fideiussori.l. ꝛ heredi. §.
fi.ff.de pactis.l.exceptiones.§.rei.ff.de exce.firmius enim ꝛ effi-
cacius est illud qd nobis acquiritur mediante facto nostro quā
mediante facto alieno:vt est gl.in.l.si quid belle.ff.de capti. ꝛ ex
hoc potes dare nouā limitationem ad tex.in dicta. l.mora.in.ij.
responso.vt non procedat quando ipse debitor talem obligatio
nem fecisset ꝛ non fideiussor.

1 ☞ Si filiusfamilias impetrat ius iniquum etiam in actioni-
bus quesitis per filium patri,non preiudicat patri.
2 Prelatus in iam quesitis non potest preiudicare ecclesie secus
in querendis.
3 Prelatus potest facere ne bona ingredientis monasteriuz ac-
quirantur monasterio.
4 Prelatus potest preiudicare ecclesie negligendo.
5 Pater censetur fideiussor filij.

Si filius meus.

Jmpetratio filij non coercet
patrem:hoc dicit ſm Barto.
ꝛ Ang.istud summarium non conuenit litere,quia text. non lo-
quitur in secundo capite edicti pretoris: scz quādo filius impe-
trauit,sed loquitur in primo capite,quando filius erat in magi
stratu ꝛ statuit ius iniquum:ꝛ ad istum tex.adde.l. post legatū.
§.filius.cum gl.ff.de his quib.vt indig.Jtē dum tex.dicit, quas
ex persona eius intento.declara istum tex.vt per glo.in.l.si lon-
1 gius.§.i.ff.de iudi.¶ †Not.ꝙ si filiusfa.statuit vel impetrat ius
iniquum non preiudicat patri,etiam in actionibus quesitis per
filium patri:ꝛ ratio ponitur in tex.quia per filium nō poterit fie
ri deterior conditio patris,etiam in iuribus ꝛ actionibꝰ q̄ que-
runtur ex persona filij patri,mediantibus cōtractibꝰ a filio ce-
lebratis.facit.l.filius paciscendo.vbi gl.ꝛ doc.C.de pac.l. nec fi-
lius.C.de reb.cred.vñ ſm bal.hic:qd ex delicto filij pater nihil
tenet̃ assignare filio in vita:de quo plene dixi in aut. nouissima.
C.de inoff.testa.Jtem ex delicto filij non publicatur peculium
etiam aduentitium.l.iij.§.sed vtruz.ff.de mino. imo nec peculiū
castrense:vt est tex.sing.in.l.si filius.C.de bo.proscri. habetur in
l.si finita.§.si vectiga.ff. de dā.infec.ꝛ adde qd istum.§. extendit
gl.j.approbata per omnes, vt ꝓcedat non solum in actionibus
iam quesitis per filiū ante impetrationem iuris iniqui:sz etiam
in acquirendis postea:ꝛ istud omnes tenent.Cōtra:hic moueo
aliam difficultatem ꝛ assumo rationem tex. qui vrget in cōtra-
rium.nam filius ꝛ seruus bene in acquirendis possunt preiudi-
care patri ꝛ domino.l.fina. C.de acquirē.posses. licet nō in iam
acquisitis.facit in simili tex.not.in.l.qui autē.in princi. ff. de his
que in fraud.credi.ꝛ in simili text.l. si sponsus.§.si maritus.ff.de
2 dona.inter vi.ꝛ vxo.ꝛ in simili tex.in.l.j.§.cōfertur.ff.de col.bo.†
a Sic etiam videmus in prelato[a] qui licet in iam quesitis nō pos-
sit preiudicare ecclesie:bene tamen potest in querendis.l.iube-
mus nullam.vbi glo.ꝛ Bar.ꝛ alij.C.de sacrosan.eccle.do. Ant.
ꝛ alij in.c.j.de do.ꝛ contu.inde est,qd si emphyteuta ecclesie ces-
sauerit biennio soluere canonē:quo casu potest priuari iure em
phyteutico:tamen solus prelatus potest recipiendo solutionez
remittere ius caducitatis,vt tenet do.Cardi.in.c.potuit.de lo-
3 cato.ꝛ ibi latius Jmo.in.xvij.col.ꝛ seq.† Jnde etiā est,qd prela-
b tus[b] potest facere ne bona ingredientis monasterium acquirā-
tur monasterio ſm Bal.in aut.si qua mulier.in vlt.col.C. de sa-
c cro san.eccle.hinc solet queri,an solus prelatus[c] possit repudia
re hereditatem monasterio:de quo ꝑ Fede.de senis in consi.ix.
Bal.in.l.penul.C.de repu.here.ꝛ in.l.contra iuris ciuilis regu-
las.§.j.vbi dicetur.j.de pac.ponunt Cano. in.c.tua. de his q̄ fi.
a prela.ꝛ in.c.vt super.de rebus eccle. non alie. Jstā difficulta-
tem non inuenio sic in specie ab alijs tactam:tamen Bal.hic:in
discursu post Jac.but.videtur respondere, quod filiusfa. delin-
quendo vel faciendo actum illicitum,nō potest preiudicare pa-
tri,etiam in querendis,ita loquitur tex.hic cum gl.sed bene po
test preiudicare per viam contractus:ita loquuntur contraria.
Jstam solutionem simpliciter tenet Lud.roma.hic: sed ista so-
lutio non placet:quia facilius preiudicatur delinquendo quam
contrahendo,prout dixi in.§. precedenti: vnde considera qd in
acquirendis filiusfami. potest solum preiudicare pr̄i, omitten-
do volendo acquirere:ita procedunt ꝯtraria,si bene aduertes:
sed faciendo non potest vt hic:nisi in ipso ꝯtractu.l. cōtra iuris
ciuilis regulas.§.j.hic alleg.ꝑ Bar.facit tex.in.l.iiij.§. ab igno-
4 to.ꝛ in.l.caius.ff.de manumissio.accedat quod dicimus † quod
grauius censetur illud quod committatur faciēdo,quam negli-
gendo,gl.in.l.si mora.ff.solu.matrimo.ꝛ gloss.in.l. lege cornelia.
ff.ad ad sillei.sicut ꝛ p̄latus potest preiudicare negligēdo. ca.de
quarta.de prescri.ꝛ similiter in delictis:vt declarant Cy.ꝛ Bar
to.ꝛ alij in.l.iubemus nullā. C.de sacrosanc.ecclesi. Barto.in.l.
aut facta.§.fi.ff.de penis.in vlti.colum.Canoniste in regula de-
lictum persone.de reg.iur.in.vj. ¶ Glo.in verbo intendo.pri-
mo declarat tex.secundo illum extēdit generaliter intelligēdo.
secunda ibi:ꝛ hoc accipe.Ex isto fine habes, quod decisio huiꝰ
§.generaliter indistincte procedit, tam in actionibꝰ iam quesi-
tis per filium anteq; impetraret ius iniquum in quo non est du
5 bium,quam in acquirendis post impetrationē. ¶ †Vltimo in
quantum Bart.opponit ad istam extensionem glo. de eo quod
tenuit gl.in.§.precedenti.in reo ꝛ fideiussore,cum pater censea-
tur fideiussor filij.l.cum filius in princi.ff.de verbo.obliga.ꝛ hoc
in gl.sequen.licet varie solutiones dent̃:tene primam solutionē
Barto.quam clarius ponit Bald.et eam intelligendo cessabit
impugnatio Fulgo.Nam patri querit̃ per filium directo argu.
l.paulus.§.paulus.ff.de bo.liber. que parum facit, ꝛ immediate
ex dispositione legis etiam inuito filio,vt habetur in.l.cum filio
ff.de lega.j.ideo factum filij non potest preiudicare patri, etiam
in querendis:sed illud ius quod acquiritur per reum fideiusso-
ri.bene etiam acquiritur ex dispositione legis.l.ꝛ heredi.§.fina.
de pac.l.exceptiones.ff.de excep.licet Bar.videatur innuere cō
trarium quem ideo Ful.reprobat,sed non principaliter,sed ac-
cessorie.Jtē reo volente ꝛ non aliter.l. nisi. ff.de pactis.ideo po-
test reus preiudicare tunc fideiussori. ¶ Nō obstat quod pater
censetur fideiussor filij,quia glo.sequens respondet vt sit verum
quando pater conuenitur ex persona filij:secus si agit:vult dice
re glo.quod quando filius contraxit se alij obligando:tunc ipse
censetur vt principalis:ꝛ pater in peculio vt fideiussor:sed quan
do filius contraxit alium obligando:quia obligatio ꝛ actio sta-
tim in totum queritur patri:ita vt momento non stet penes fi-
lium.l.placet.ff.de acquiren.here.ꝛ sic non fit dare principalio-
rem patre.Jn obligationibus actiuis nō potest hoc cadere, qd
pater censeatur accessorius:ꝛ istam rationem tene:aliā assignat
Barto.qꝛ.§.precedens loquitur in exceptionibus que facilius
transeunt quam actiones.l.etiam si in rem.ff.de iureiurā.Jstaz
sequitur Ang.hic:sed est falsa:qꝛ concludit contrarium:qꝛ si ex-
ceptiones facilius transeunt q; actiones: ergo trāsire debēt cū
earum vitio:aliam rationem assignat Ful.hic: que non discre-
pat a prima per Bar.declarata:vt.s.

1 ☞ Priuilegium iuris iniqui concessum impetranti non tran
sit ad heredes.

a ¶ Jn prelato.adde gl. in.c.ij.de dila. Jnn. in c.cū dilectꝰ de ord.cog. Ant. d bu. c.j. de dolo ꝛ cōtu. do.ī regula delictū.de reg. iuris li. vj. Abb.i.c.cū venerabilis de except.

b ¶ Qd p̄latus. Adde doc.in. c.in presentia.

c ¶ An solus p̄latus.Adde Bar. ī.l. tutor. ff. de bo.po. Cy. in.l. deo nobis. C.d epi.ꝛ cle.bal. ī.l.bonoꝝ.q admitti.lu-do.ro.ī.l.is q heres.i.§. fi.ff.de acq. her̃.Paul. de ca.ī.l.legatū.ff.d lega.j. Lap. alleg. xxvj. Lu.ro.ꝯsi. clxxiiij.ici. visis q̄ narrant̃ ī fctō. Ab.ꝯs.xxxiij.ᵃci. circa duo dubia ꝑscripta in ij.volu.

2 Pene delictorum non transeunt ad heredes.
3 Pena huius tituli imponitur ipso iure.
4 In penis q̄ ipso iure imponunt̄ requirit̄ tñ sñia declaratoria.
5 Si vasallus cōmittit causam ꝑpter quā iura priuāt eum feudo, tamen requiritur quod declaretur per sententiam.
6 Nunq̄ l. presumitur cōdemnare nisi iudicis ministerio.
7 Pena que transit ad heredes, non transit nisi precesserit sententia declaratoria.
8 Quando pro pena delicti causatur exceptio illa semper transit ad heredes.
9 Actio ex delicto transit ad heredes, quādo actor propter subterfugia ꝛ moram rei, non potuit litem contestari.
10 An ex edicto oriatur actio exceptio ꝛ replicatio.
11 Titulus noster procedit quando priuilegiū sequuta retorquutione aliquid operaretur.

Quod autem ait. Pena huius edicti trāsit ad heredez. h. d. ¶ Capio glo. in ver. heredi ei⁹. quā diuide in duas partes pncipales. In prima opponit ꝯ tex. ꝛ dupl'r soluit. In scđa format aliā oppositionē cōtra tex. ꝛ ei tripliciter rñdet. si bene inspexeris. scđa ibi:
1 Itē alia ratiōe. †Redeo ad .j. partē in qua format oppositionē hoc modo: priuilegiū iuris iniq cōcessum impetrāti non trāsit ad heredes. l. in oībus causis. ff. de re. iur. ergo cū illa impetratio nō habeat locū nec habere possit in psona heredis ergo nec pena similiter in psona heredis locū habebit: q2 qñ impetratio iuris iniqui nō hȝ effectū, nō hȝ locū pena. l. j. §. fi. ꝯ. eo. gl. respōdet diuinando: responde melius vt per Ange. ꝛ alios Moder.
2 ¶ †In secūda parte habes duas notabiles limitatiōes ad regulam, ꝙ pene delictorū nō transeūt ꝯ heredes. l. vnica. C. ne ex delic. defun. l. j. ff. de priua. delic. Prima limitatio est qñ pena p legē ipso iure imponit̄: quo casu est pinde ac si interuenisset sentētia: tūc trāsit ad heredes. ꝛ ita est hic vbi pena retorquutiōis imponit̄ ipso iure p legē: ergo trāsit ꝯ heredes: cū ista gl. transeunt indifferēter oēs ꝛ antiqui ꝛ Mod. hic: idē tenet Bart. in l. j. in .ij. col. ff. de priua. delic. ꝛ oēs doc. in l. vnica. C. ne ex delic. defun. ꝛ ad hoc est ista gl. singulariter notanda ꝑm Bal. in rub. C.
3 de priui. do. in pe. col. lȝ oēs ita teneant: †ego teneo contrariū ad terminos tit. nostri. nā gl. ꝛ oēs volūt ꝙ pena hui⁹ tit. imponatur ipso iure: istud est cōtra tex. in l. j. in pnci. ꝯ. eo. vbi text. in vtroq; capite pretoris dicit. reo postulāte, si enim requiritur ꝙ reus postulet: ergo pena nō imponit̄ ipso iure: cū illi ablatiui resoluant̄ in conditionē: vt dixi in §. hec pena. ꝯ. ea. l. Scđo posito ꝙ verū esset illud qđ volūt gl. ꝛ oēs ꝙ penā huius. l. imponatur
4 ipso iure. †In ꝯriū moueo difficultatē: nā in penis q̄ ipso iure p legē imponunt̄, requirit̄ tñ sñia iudicis declaratoria. tex. est q ita declarat omnes leges ciuiles ꝛ canonicas in c. cū scđm. §. fi. de here. in vj. si ergo requirit̄ declaratio iudicis: ergo nō dȝ añ de-
5 clarationē pena trāsire ad heredē. vt. j. dicet̄. †vñ consuluit do. Cardi. flor. in consil. cxxviij. quod incip. habui hunc punctum a quodam cardinali ꝛc. qđ si vasallus cōmisit causam propter quā iura expresse priuant eū feudo: tamen reperitur quod istud declaretur per sententiam, facit qđ dicit Bal. in auth. qui semel. in j.
6 col. C. quō ꝛ quando iudex. †ꝙ nunq̄ lex presumitur cōdemnare. nisi iudicis mysterio: vnde etiā vbi quis priuatur ipso iure p l. tamen ad hoc deuenitur causa cognita: ꝛ mediante sententia iudicis vt ibi per eum: ꝛ qđ in penis que imponuntur ipso iure per l. requiratur sententia saltem declaratoria. Adde Bal. in l. iubemus. ij. §. sane. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in l. que sub conditiōe. §. fi. ff. de condi. insti. ꝛ in c. j. §. vel si cum filia. quib. mo. feu. amit. Ang. in auth. de incest. nup. in prin. in ij. col. do. Abb. in c. verum. ad fi. de foro compe. ꝛ in c. peruenit. el. j. de appel. Pet. de anch. in cle. j. in vj. notabili. de penis. Jo. an. ꝛ Gemi. in c. ij. in j. col. de
7 prescrip. in vj. †Quod autem non transeat contra heredes nisi illa sententia declaratoria precesserit: patet per simile: nā licet a lege vel a statuto aliquis habeatur prō confesso ꝛ condemnato: tamen ad hoc vt ista ficta confessio transeat contra heredes: requiritur sentētia declaratoria que precedat. tex. est in l. ei qui delatorē. ff. de iure fisci. ꝛ dicit ibi Bart. ꝙ illa fuit prima lex que fecerat sibi honorem: ꝛ eam reputat sing. Bal. in l. ij. in pe. colū. C. de eden. huic difficultati potes respōdere ex doctrina notabili Bal. in l. que sub conditione. §. fi. per illū text. ff. de cōdit. insti. vbi dicit, qđ quando lex imponit ipso iure penam ꝛ trahit secū executionem: ita quod in tali exequendo nō requiritur actio facti mediante ministerio iudicis: tunc ibi non requiritur aliqua sententia etiam declaratoria quo ad talem effectū: al's secus, alibi Gemi. in c. felicis. in prin. in iij. col. de pe. in vj. post Inno. ibi dicit, ꝙ non est necessaria aliqua sententia etiā declaratoria super pena ipso iure imposita quo ad effect⁹ qui immediate trahunt executionem, nec expectāt aliam extrinsecā executionem facti: vt est irrogatio infamie a iure imposite, que statim reddit quem intestabilem: secus vbi expectatur factū iudicis, vt in auferendis bonis confiscatis: tūc ibi bene requiritur quod precedat sententia declaratoria: ita proprie loquitur tex. in d. c. cū se-
8 cundū. §. fi. ¶ †Scđa principalis limitatio que colligit̄ ex hac gl. est qđ qñ pro pena delicti causat̄ exceptio: illa semper transit ad heredes: q2 non pōt imputari ei q hȝ solū exceptionē, quare non fecerit litē ꝯtestari: cū nō sit in eius ptāte qñ actor agat. l. pure. §. fi. ff. de excep. doli ꝑm Bal. in lectu. antiqua ꝛ modernos h.
9 Confirmo † q2 qñ actor per subterfugia ꝛ morā rei, nō potuit litem cōtestari: ꝛ interim mortuus est, tñ ex quo nō stetit per eum actio ex delicto transit ad heredes: ac si esset lis ꝯtestata. tex. est sing. in l. si eū. §. qui iniuriarū. vbi dicā. ff. si quis cau. ꝛ ibi Bal. in vj. notabili dicit ꝙ ille tex. alibi nō reperitur: eū etiā ad hoc reputat sin. Bal. in c. qm̄ cōtra falsam. in xiiij. colū. de proba. Potes dare aliam rationem ad predictā limitationē: q2 exceptiones facilius trāseunt ad heredes q̄ ius agendi ꝑm Bar. ꝛ alios in §. si filius. ꝯ. ea. l. hinc est qđ ius excipiēdi trāsit ad singularez successorem. l. etiā si in rem. ff. de iureiuran. secus in iure agendi.
10 †An autem ex hoc edicto oriatur actio, exceptio et replicatio: dic quod sic, declarando vt per Bal. cum quo alij trāseūt. Bal. Ange. ꝛ Moder. in §. hec pena. ꝯ. ea. l. ꝛ Alber. in l. j. in penult. col. magna. ꝯ. eodem. ꝛ dum gl. hic tangit, quomodo priuilegiū iuris iniqui trāsiuerit ad heredes: et dicit, quia priuilegiū erat obtentum pro se ꝛ filijs, dic vel quando priuilegium erat in rem ꝑm Barto. ꝛ Ange. hic: quod dic vt hic per Alexan. ꝛ Bar. in l.
11 quia tale. ff. soluto matri. ꝛ in l. j. ff. de constitu. princi. ¶ †Ultimo ex questione Bart. hic collige limitationem ad hunc tit. vt procedat quando priuilegium sequta retorquutione aliquid etiam operatur: vt in exemplo Barto. ꝛ idem tenet Cyn. in l. j. in viij. q. vbi Alb. in fi. col. ꝯ. eo. Fulg. in §. fi. j. eadē. l. ꝛ Angel. in l. fi. j. eo. ꝛ Bald. in l. fin. in ij. col. in ver. pone scholaris. C. de fructi. ꝛ litis expen. Jason Maynus humani ꝛ diuini iuris doctor Patauiano gymnasio legens.

1 ☞ Retorquutio iuris iniqui fit etiam quo ad actiones futuras.
2 Dispositio simplex nō trahitur ad futura: vide processus ꝛ nume. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et 10.

Illud quoq;. Istum. §. glo. ꝛ communiter doct. intelligūt quando impetratio iuris iniqui fuit generaliter facta cōtra omnes actiones presentes ꝛ futuras: tūc similiter retorquutio fit contra eum etiā quo ad actiones futuras: sec⁹ si impetratio fuisset simpliciter facta per regulam. l. si ita scripsisset. ff. de leg. secundo: caue q2 gloss. in l. omni. ff. de procu. dum assignat rationem ipsius tex. intelligit
1 quod † semper retorquutio iuris iniqui fiat etiam quo ad actiones futuras, dato qđ impetratio fuerit simplex: ꝛ istud est melius. al's iste tex. parum dubitatiōis haberet. Ad idem stringit §. hec pena. cū his que ibi dixi. ꝯ. ea. l. ꝛ istud expsse firmat Bal.
2 in lectura antiqua. ꝛ Fulg. hic. †tenendo tamen cōmunem intellectum gl. ꝛ doc. hic habes notare qđ dispositio simplex non
3 trahitur ad futura: †istud notabile hic procedit in materia pe-
4 nali. †idem est in publicatione bonorū facta ex delicto, vbi nō veniunt futura. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. l. eius
5 qui. §. j. ꝛ ibi Bal. ff. de testa. cum si. †Idem in rescriptis. c. fi. de
6 rescriptis. †Idem in priuilegijs. c. ad audientiam. secundo. de
7 eccle. edificā. gl. in c. cum capellanus. de priuilegijs. †Idem in
8 iuramento. c. clericus. de iureiu. c. ij. de renū. †Idem de pignore. l. iiij. C. de vsur. Idem in venditione. l. rutilia. ff. de cōtrahen.
9 emp. † Idem etiā in materia mere fauorabili vt est in vltimis voluntatibus: vbi non veniunt futura. l. si ita. vbi late Barto. ff.
10 de auro ꝛ arg. leg. †Et dicit quod Pau. de cast. in l. cum stipulamur. ff. de verb. obli. alias consuluit in isto casu. testator iussit satisfieri omnibus debitorib⁹ de pecunijs quas habebat in mōte florentie: postea illud qđ restaret solutis debitis reliquit hospitali: tempore testamēti solutis debitis, restabāt mille: postea testator tanto tēpore superuixit: ꝛ tot pecunias addidit in monte ꝙ solutis debitis tempore eius mortis restabant plusq; decē mille ducati: consuluit ꝙ intelligitur de pecunijs que restabant tempore testamenti tantum, ex quo solutis debitis legatū tunc erat cum effectu: alias secus vt ibi: videas plenius per eum et alios modernos: ꝛ per eundem Pau. de ca. in l. solemus. per illum tex. ff. de condi. ꝛ demon.

1 ☞ Impetratio iuris iniqui, vel exceptio retorquutionis: nō tollunt naturalem obligationem.

1 **Ex hac cā.** †Impetratio iuris iniqui vel exceptio retorquutionis nō tollit naturalem obligationem: ideo solutum non repetitur: hoc dicit scđm vtrūq; intellectum gl. nisi per errorem facti soluetur. l. fi. ad macedo. ꝑm Pau. ꝛ modernos hic, per Bar. in l. j. in gl. v. ꝛ fi. col. ff. de cōdi. indebi. ꝛ traditur in l. pene causa. eo. ti.

1 ☞ Reconuentio reconuentionis non potest fieri.
2 Iniuriarũ actione qui teneant. 7 nu. 3. 4. 5. 6. 7.
8 Exceptio nõ ampliat textum vltra quam prius regulam comprehẽdat. et numero. 9.
10 Papa cõfirmando gñaliter priuilegia, non censetur cõfirmare priuilegia que sunt contra ius.



Illud eleganter. Pars vtẽs retorquitiõe iuris iniq cõtra impetrantẽ ex dispositiõe hui⁹ tituli 7 magistrat⁹ eũ defendẽs p sniam: cũ istud faciãt permissione. l. nõ patiunt postea ipsi retorquitionẽ retorquitionis. h. d.
1 scdm pprĩũ intellectũ huius litere. † Allegat iste text. p Guil. de cu. Bar. 7 alios, q nõ põt fieri reconuẽtio reconuentionis: et est glo. in aut. 7 ɔsequẽter in glo. ij. 7 ibi Bar. in. iiij. col. C. de sen ten. et interlo. omnium iudi. bonus tex. in. l. iusiurandum et ad pecu. §. ait ptor. vbi Ang. 7 Lud. ro. ad hoc notãt. ff. de iureiur. Spec. in ti. de recõ. § j. ver. itẽ pone impetrasti. 7 in. §. nũc dicamus in ver. si. 7 in tit. de rescrip. psenta. §. si ver. sed nec quid possum cũ aliis cõcor. † Itẽ facit iste tex. fm Guil. Ang. Bal. Sal.
2 7 alios q si ɔtra testes ɔtra me pductos opponam q sunt infames: criminosi et ribaldi: dato q nõ pbẽ non teneor actiõe iniuriarũ: qr talia nõ opposui animo iniuriandi: sed ad defensionẽ iuris mei: de quo etiã p Ang. in. l. apud labeo. §. q ait. 7 in. l. iniuriarũ. §. si quis. ff. de iniur. dicũt tñ q tuti⁹ est opponere pro testatione pmissa, q nõ opponit animo iniuriãdi: sed certe talis ptestatio parũ relevat: qr qñ actus est potentior ptestatiõe
3 protestatio nihil relevat. c. solicitudinẽ. de appellatio. † ideo si dicam tu mẽtiris: est grauis iniuria: pro qua agit actio. iniuriarũ fm Bar. in. l. item apud labeo. §. j. ff. de iniur. lz subiungaz saluo honore tuo: qr talis protestatio nihil relevat quin mihi teneat actione iniuriarũ fm Bar. 7 alios in. l. si quis extraneus. in pn. ff. de acquiren. hered. Alber. de rosa. in. ij. parte statutorum. q. xliiij. inci. sed quid si quis dicat. do. Abb. in. c. cum te. de re iudi. sequit Alexan. hic: 7 in. l. in turpia. ff. de leg. j. 7 domi. Abb. in. c. eã te. de iureiuran. quicquid teneat Spe. in titu. de aduoca. §. iam nunc. ver. hoc tamẽ caueat. Pondera tamẽ rõnem qua mouẽt Dy. 7 Bar. in. d. l. si quis extraneus. in princi. qui dicunt q ratio est: quia iniuria precedens declarat qd habuit animum iniuriãdi: licet dicat saluo honore tuo: nã ex ista ratione videtur velle Barto. quod si protestatio precederet: deinde sequerentur verba iniuriosa excusaretur, vt si dicerẽ saluo honore tuo mẽtiris: 7 inuenio qd ita dicit Ang. qui ita põderat rationẽ Dy. 7 Bar. in reperto. suo in verbo, verba illa tu mentiris: 7 ita refert 7 sequitur Ioã. berta. in reper. suo in verbo iniuria. in. iij. co. sed nõ puto quod ista limitatio sit vera. Primo per regulam que habet q in his que in vno cõtextu fiunt non est dare nec prius nec posterius. l. nec enim. ff. de solu. iuncta doct. Bar. in simili in. l. ij. §. prius. ff. de vulg. 7 pupil. nec credo quod illa fuerit intẽtio Barto. Secũdo et fortius per regulam qd quoties protestatio siue pcedẽs siue sequẽs, est contraria actui qui geritur: talis protestatio nõ relevat. d. c. solicitudinẽ. vbi doct. 7 no. in. c. cũ. M. ferra. de cõsti. sed iniuria est cõtraria protestationi ergo siue pcedat siue sequatur nõ relevat: et hoc est qd voluit dicere Bar. in d. l. si quis extraneus. quod verbum iniuriosum declarat q habuit animum iniuriandi non obstante protestatiõne cõtraria
4 actui. † Similiter si dico alicui: tedet me q fueris condẽnatus de falso: teneor tñ actiõe iniuriarũ fm Ang. in. l. vestẽ. ff. de iniu
5 ri. ☞ † Tertio facit iste tex. nã si aliquis dicit mihi verba iiurio sa, possum ei dicere tu mentiris: nec teneor iniuriarũ quia prouocatus ita respondeo. tex. est in. l. qui omnia in verb. sed si aduersarius: 7 ibi no. Bar. ff. de pcurat. 7 in. l. qui cũ maior. §. si libertus. ff. de bonis liberto. Spec. in. d. ver. hoc tñ caueat: tñ nõ liceret postea primo replicare imo tu mentiris fm Pau. de ca.
6 7 alios Moder. hic post Ang. ☞ † Quarto facit tex. noster pro eo q freqnẽter possit euenire: q si pses vel ptãs cõuocato consilio ciuitatis fecit pceptũ q nemo auderet loqui sub certa pena pone quod aliquis impatiẽs silentij locutus est: et alius dixit eum incusando domine potestas iste incidit in penam, 7 ille sibi respõdeat: et tu: que pars est: an vterq; in penam incidat iste tex. probat quod secundus nõ incidit in penã: qr locut⁹ est de-
7 fendendo edictũ pretoris. ☞ Quinto facit q pter timorẽ turbationis pacis sit factum statutum florentie, q null⁹ ex magna tibus audeat intrare palatium sub tanta pena: q vn⁹ ex magnatibus intrauit: alius etiam intrauit vt accusaret eum, an iste secundus incidat in penam. et iste textus videtur probare quod non, quia secundus intrauit vt defenderet edictum pretoris: tamen licet ille due vltime decisiones possint esse in se vere tamẽ Fulgo. hic in lectura noua dicit quod iste tex. nihil facit: quia si vnus impetrat ius iniquũ, q alius possit vti retorquitiõe cõtra cum istud facit ex permissione pretoris de qua in hoc titu. ideo cum faciat. l. permittẽte, penam nõ meretur sed in questionibus. §. formatis, q ille secũdus potuerit loqui vel intrare palatiũ accusando primum. nõ permittit aliqua. l. igitur 7c. 7 forte multũ esset cõsiderãda ratio finalis statuẽtiũ. ☞ Capio gl. primam quã diuide in duas partes. In prima declarat tex. in scda fortiter opponit ɔ text. nã videt q exceptio hic posita sit inepta et supflua: nã edictũ pretoris loquit in obtinẽte ius iniquũ vl in statuẽte ius iniquũ dolo: sz in hoc tex. iste qui vtit retorquitione ɔ impetrantẽ vel administrantẽ nihil iniqui facit imo equissimũ facit. 7. l. j. in prin. §. e. itẽ magistratus q cẽ cedit retorquitionẽ, non statuit ius iniquũ, imo equissimũ. p consequẽs nõ est in dolo, ergo exceptio est incõgrua: itẽ supflua, cũ non sit de cõtẽtis in regula. vt declarat Bar. in. l. si eũ. §. qui iniuriaꝝ. ff. si qs cau. bonus text. in. l. in his. ff. de regu. iur. gl. rñdet q istud fecit ad abundantiã seu ad cautelã. Tu potes dicere, q retorquitio iuris iniqui ex equitate pmittatur tñ ipsuz ius qd retorquetur in seipso est iniquũ: lz permutetur cõtra primũ pter retorquitionem, 7 ideo pretor hic posuit fallentiã. ☞ † Nota tñ diligen-
8 ter istã gl. iũcto tex. q exceptio nõ ampliat text. vltra quã prius regula cõprehẽdebat: imo talis exceptio intelligit facta ad abundantiã: vnde facit ista gl. q si cõstituo te pcuratorẽ meũ[a] gñaliter ad oia preterq; ad iurandũ: 7 sic excipio vnũ casum regrentem speciale mãdatũ certe pter talẽ exceptionẽ nõ ampliatur mãdãtum, vt intelligat q habeas gñale mãdatum cũ libera ad oẽs alias cãs regrentes speciale mãdatũ de qbus p gl. in. c. q ad agendũ. de pcu. lib. vj. post Spe. p eã allegatũ gl. 7 doc. in. l. pompo. in prin. ff. de pcu. 7 ad hoc no. istam gl. d. Alex. 7 dicit q non consueuit ad hoc a doctorib⁹ põderari. Adde q ad hoc põderat expresse istã gl. d. Frã. de are. in cõsil. viij. inci. abũde circa fi. et cõsil. cxliiij. incip. visa cõsultatione in. iij. col. 7 istã partẽ tenet Pe. de ancb. in rub. de reg. iu. in. vj. in. iij. q. Lapus de castel. 7 Pe. de ancb. in. c. v. de offi. vic. in. vj. d. Frã. de are. in dictis duobus ɔsiliis in cõsi. xxx. inci. viso themate 7 cõsultatione in. vj. co.
9 moti † qr licet exceptio firmet regulã in casibus nõ exceptuatis tñ eam nõ ampliat: vt cõprehendat casus quos alias nõ comprehenderet. l. generali. §. vxori. 7 ibi Bar. no. ff. de vsufru. lega. no. idem Bar. in. l. lucius. §. pluribus p illũ text. ff. ad treb. 7 in. l. j. in fi. ff. de regu. iur. Bal. in notabili. q. statuti. in. l. in his. ff. de legi. Pe. de ancb. in. c. j. de priui. in. vj. Et pro ista parte videt facere qr inducta ad diminuendũ 7 excipiendũ non debẽt operari cõtrariũ scz augmẽtum. l. legata inutiliter. ff. de adimẽ. lega. tamẽ posses dicere q imo operant augmẽtũ qñ nõ possent opari diminutionẽ nisi prius augmentũ oparent: tunc operarent augmentũ tanq; accessoriũ antecedẽs. l. deniq;. §. interdũ. ff. de pecu. leg. 7. l. proculus. ff. de vsufru. Tene cõtrariũ put in pcuratorio generali, tenẽt Lapus 7 Gemi. in. c. que ad agendũ. §. j. in vlti. col. de pcu. in. vj. qr al's exceptio nõ esset de rẽa put esse dz. Idẽ tz Imo. in. l. si. in. xij. col. 7 in. ij. limitatiõe. ff. a quib⁹ appel. licet. et late. d. Alex. hic q respõdet ad istã glo. nec est dicenduz q talis exceptio sit posita ad abũdãtiã: qr nulla clausula imo nec syllaba debet intelligi, vt sit posita frustra a ɔtrahẽtib⁹. dicit Bal. in rub. C. de cõtrahen. emp. in. ix. q. 7 ante eum glos. in
10 c. solite. de maio. et obe. † Pro ista parte põdera quod facit illud quod singulariter tenet Bal. si bene inspexeris in. c. j. in. ij. col. in princi. per quos fiat inuestitu. quod licet regula sit q papa ɔfirmando[b] generaliter priuilegia, nõ cẽseat cõfirmare priuilegia que sunt cõtra ius vt al's dixi. tamen si papa confirmaret priuilegia generaliter 7 exciperet vnũ quod est ɔtra ius talis exceptio facit vt papa intelligat cõfirmasse omnia alia priuilegia que sunt cõtra ius, ad hoc vt exceptio sit bona. allegat l. tribunus. §. si. ff. de testa. mili. quod teneas bene cordi. Et istis adde domi. Abb. in. c. in nostra. per illũ tex. de sepult. Iason de Mayno Padue legens.

[a] ☞ Procuratorem meũ Adde doc. in. l. transactionis. C. de tractact. doct. in. l. pcurator. ff. de transact. docto. in. c. cõtingit de transact.

[b] ☞ Cõfirmãdo. Adde docto. i. l. j. 7. ij. ff. d his qui sunt sui vel alie. iur.

☞ Si quis ius dicenti non obtemperauerit. Rub.

☞ Continua istam rubricam vt per Bar. 7 alios hic.
1 ☞ Omnes magistratus possunt inobedientes 7 contumaces mulctare.
2 Clausula ɔsueta apponi in rescriptis scz q si aliqui ausi fuerit contrauenire nouerint se indignationez apostolorũ Petri et Pauli incursuros quid importet.
3 Magistratus non possunt mulctare inobediẽtes suo arbitrio sed statuto a iure.
4 Quando verba referunt ad iudicem an oriatur officium iudicis vel actio.
5 Iudex non necessitatur inobedientes multare: licet hoc possit facere.
6 In his que sunt posita in arbitrio iudi. vt faciat vel nõ faciat ex cã, si petente parte nõ facit põt appellari: secus si in mero arbi

in

trio sunt relicta.
7 Pro aliena iurisdictione, nõ est licitum mulctare.
8 Iste terminus duũuiri, qd significat. ⁊ numero. 15.
9 Dictiões taxatiue affirmatiue posite, excludũt oẽs alias personas ⁊ oẽs alios casus preter expressos.
10 Dictiones taxatiue impediũt ius accrescẽdi inter heredes.
11 Hec verba (ita tamẽ) obtinẽt locum taxatiue.
12 Testis qui deponit per taxatiuã tantum nõ probat.
13 Testis an debeat criminaliter puniri de falso tanꝙ falsarius.
14 Ad hoc vt quis puniatur de falso, requiritur ꝙ probatio falsi necessario concludat.
15 Qui nõ habent iurisdictionẽ reipub. sed tantũ administra. non possunt mulctas imponere.
16 Mulctare est iurisdictionis.
17 Arbiter potest mulctam imponere, quando sibi data est potestas a parte.
17 Delegatus an possit mulctare.
19 Magistratus inferiores nõ possunt mulctare.
20 Delegat⁹ nõ põt multare, nisi ista ptãs sit data a delegante.
21 Delegat⁹ ⁊ arbiter nõ possunt mulctare.
22 Si iudex eligat vnũ remediũ, et nõ sufficiat, põt aliud eligere.
23 Si pars intentat vnũ remediũ executiuũ, poterit aliud ⁊ aliud intentare, donec satisfaciat.
24 Quo remedio seu iure imponatur mulcta.
25 Iudex habet multa remedia cõtra contumaces ⁊ rebelles.
26 Preceptũ sub pena arbitrio iudicis imponenda, nõ vitiat propter incertitudinem.
27 Petens dilationem ad producendos testes quos dicit absentes, tenetur deponere quãtitatẽ pro expensis.
28 Ad faciẽdam cõdemnationẽ multe, nõ est opus nouo processu.
29 In leuibus delictis repertus in flagrãti crimine potest poni incontinẽti ad cathenam.
30 Ad imponendã mulctam requiritur noua actio.
31 Mulcta imposita propter contumaciam, potest propter paupertatem diminui.



Omnibus. Ista lex est tota subtilis ⁊ difficil. Oẽs magistratus exceptis duũuiris pñt inobediẽtes mulctare. h. d. vsꝙ ad. §. is vẽ: ⁊ diuiditur istud pñcipium secundum veram literam text. in tres particulas. Primo ponitur regula generalis. Secundo ponitur fallentia ibi non tamen duumuiris. Tertio ponitur modificatio regule: ibi ẽm ius potestatis sue. Et pmitte primo ꝙ legitur istud pñcipium super versi. duumuiris. altero de. v. modis, quos videbimus in glo. secũdo premitte ꝙ cõmunis litera dupliciter habeatur, et communior sit nõ tantum: vera tamen debet esse nõ tamẽ. ⁊ sic exceptiua. vt. ĩ. dicã in gloss. j. Tertio premitte qui sint isti duũuiri ⁊ quare sic dicant de quo ĩ. dicã in glo. j. Quarto pmitto ꝙ differentia est inter penam et mulctã[a] vt i. l. aliud est frau. ⁊ in. l. si qua pena. ff. de ver. significatione. ¶ † Primo nota ex hoc text. regulam generalem quod omnes magistratus possunt inobedientes ⁊ contumaces multare. Quid autẽ de cõtemnentibus[b] precepta sedis apostolice habes. xix. distin. c. nulli fas est vbi glo. ⁊. xx. dist. in. c. de libellis. vbi per Arch. ⁊ in istis locis cõcluditur per gl. quod si aliquis abnegaret potentiaꝫ pape, vel assereret constitutiões pape nõ ligare, deducendo eos in contẽptum deberet puniri de heresi. alr̃ aũt per hoc solum ꝙ contemnat precepta pape debet extra ordinem solum puniri: et vide etiam Bart. in. l. j. §. j. ad fi. ff. de requi. re. † Quid autẽ importat clausula, q̃ semp apponit in rescriptis pape, ꝙ si aliqui ausi fuerint cõtrauenire nouerint se indignationẽ apostolorũ[c] Petri ⁊ Pauli incursuros. tex. de iure ciui. in. c. j. §. porro. in ver. item si delator. que fuit prima cã beneficii amit. in ver. indignationem domini non euitabit. ⁊ ibi glo. exponit id est feudo dꝫ priuari. vñ illũ tex. in specie not. Bal. in ij. co. ꝙ verba dicte clausule, indignationẽ apostolorũ Petri ⁊ Pauli importãt cõminationem priuationis beneficiorũ ecclesiasticorum: ꝙ est tenendum menti ẽm eum: ad quod adde quod dicit tex. in. §. fi. iiij. distin. Puto contrarium contra Bald. per illud qd dicit Bar. in extrauagan. qui sint re. in ver. indignationem: vbi dicit: ꝙ istius verbi nullum effectum reperit nisi put verbum sonat. s. quod princeps indignatus nõ exhibebit eis se gratiosum. Ad idem quod vult ipse Bal. in aut. statuimus. in j. co. ad fi. C. de episco. et cleri. vbi dicit ꝙ comes vel alius q incurrit indignationem superioris: puta imperatoris: debet puniri extra ordinẽ: non tamen propter hoc iurisdictionẽ amittit alle. §. sup hoc in aut. de questore. nec obst. tex. in. d. §. porro. qr ibi verba legislatoris plata in materia priuationis feudi intelliguntur ẽm subiectam materiam: ita respondet Iaco. aluaro. in. d. c. j. §. item si delator. et dom. Alexan. in cõsi. ciij. quod incipit videt prima cõsideratione in. xj. co. in. vj. vo. ¶ † Scdõ nõ ex tex. ibi ẽm ius ptãtis sue: ꝙ magistrat⁹ nõ pñt mulctare inobedientes p eorꝫ arbitrio: sed ẽm modũ limitatũ a iure, nã aliqui magistrat⁹ possunt maiorẽ mulctã imponere: aliq minorem ꝫ qd limitat in. l. eos. C. de mõ mulctan. ⁊ in. l. ij. C. de sportulis. adeo ꝙ si excederet puniret, et teneret eã soluere fisco. d. l. eos. circa mediũ. ¶ Limita singulariter qñ iudex in pcepto nullam certã mulctã expssisset: tũc nõ põt excedere metã limitatã in. d. l. eos. secus qñ in pcepto esset expssa certa pena etiã excedens metã iuris: tũc põt eã iponere, nõ obstãte. d. l. eos. ita pbãt tex. subtilis ↄsideratus in. l. si qs reũ. iuncta gl. fin. ff. de custo. reo. p quẽ tex. ita singulariter limitat Old. Lau. in cõsi. xv. qd incipit circa pcessum. sequit Io. and. in addi. spec. in tit. de senten. pla. §. species. in pe. addi. d. Alex. Imo. in. §. j. in pe. co. ĩ. e. cũnis contrariũ teneat Imo. in. l. filiusfa. §. diui. in vlti. co. ⁊ in. l. ij. in fi. ff. 4 de publi. iudi. ¶ † Tertio põderat tex. in ver. cõcessuꝫ est. ex q̃ duo colligunt. Primo, cũ verba referant ad iudicẽ: vꝫ ꝙ oriat offm̃ iudicis et nõ actio, ẽm doctrinã gl. i. l. si soror. C. de colla. ⁊ in. l. si res obligata. §. fi. ff. de leg. j. Bar. in. l. vnica. ff. si cõd. ex lege. ⁊ in. l. metũ. §. sed qd ptor ait. p illũ tex. ff. ꝙ met. cã. ⁊ ita ponderat Bar. hic in. iij. col. ⁊ i. l. j. i vlt. co. ff. si qs i ius voc. nõ ierit. 5 lꝫ gl. ij. hic velit qd oriat actio in factũ. ¶ † Scdõ pbat iste tex. in ver. ↄcessum: ꝙ iudex nõ hꝫ necesse istud facere, iuncta r̃la. l. nunqd. ff. de iudi. ⁊ sic iudex nõ hꝫ necesse mulctare inobedientes, licet possit: sed Bar. hic in. ij. co. dicit ꝙ imo necessitet per diffinitionẽ gl. in. l. j. ff. de iurisd. om. iud. adde. §. si vero. in aut. vt diffe. iud. et tex. in aut. statuim⁹. C. de episc. et cleri. ⁊ ibi late 6 Bal. † Adde etiã doctrinã notabilẽ. d. Ant. de but. in. c. cõpati. in. iij. co. de ap. ⁊ in. c. super his post glo. ibi de acti. ꝙ in his que sunt posita in arbitrio iudicãtis vt faciat vel nõ faciat ex causa tũc si pte petẽte id nõ fiat, põt appellari: sec⁹ aũt in his q̃ sunt cõcessa in libero arbitrio iudicis: qr tunc nõ põt appellari, vt ibi: 7 gl. de quo etiã p Lu. ro. in repe. l. j. in. ix. co. ff. de arbi. ¶ † Vltio pondera tex. ibi: iurisdictione suã. qui videt pbare a contrario sensu: ꝙ p aliena iurisdictione nõ sit licitum mulctare: tu dic ꝙ idem etiã p aliena iurisdictione, vt hic p Bar. in. iij. col. ⁊ vltra iura p eum allegata. adde tex. in. c. administratores. xxiij. q. v. et tex. in. c. ij. de malefi. ⁊ in. c. dilecto. de sentẽ. excõ. in. vj. ¶ Capio gl. j. in ver. duũuiris. quã diuide in quatuor partes principales. In prima declarat tex. In scdã opponit contra text. et eius timore ponit primã opi. ⁊ sic primum intellectũ ad istum tex. In tertia ponit scdm intellectũ azo. In quarta glo. per viaꝫ distinctionis cõcordat has opi. et sic ponit alium intellectũ. Secũda ibi: et hoc olim. Tertia ibi: alij cõtra vt Azo. Quarta ibi: ⁊ dic in fi. glo. Pro eius intelligentia videndũ est de tribus. Prio. Qui dicant duumuiri: ⁊ licet Bal. hic dicat, ꝙ capiunt in iure tribus modis. itẽ licet Ang. teneat ꝙ duumuiri importet ma8 gistratus excelsos supremam potestatem habentes. † Ego puto ꝙ iste terminus duumuiri: sit termin⁹ magistratibus aptus cõprehendere quẽcunꝙ magistratum, cui possent duo viri, nã apud romanos erant duumuiri classici: duumuiri capitales, et duumuiri sacrorum: tñ ẽm leges nostras duumuiri intelligunt magistratus infimi ⁊ sic defensores municipiorum vel ciuitatũ vt hic in glo. licet gl. in. l. fi. C. de iudi. in ver. duumuiros: dixerit ꝙ dicunt duũuiri eo qr duorum suffragio creabantur: scilicet populi et plebis. Tene quod dixi. ⁊ quod capiatur p magistratibus municipalibus. tenet etiã glo. in. d. l. fi. ⁊ bonus. tex. in. l. j. ff. de al. scrib. ⁊ in. l. iij. §. duas in ver. si forte. ff. de dã. infec. l. l. duũuirum. cum glo. j. C. de decur. lib. xj. in. l. j. ⁊ ibi glo. et Cyn. C. de emanci. lib. in. l. in honorarijs. §. fi. ⁊ ibi glo. ff. de acti. et obli. Albe. in dictionario suo in verb. duumuiros. Paul. de cast. et do. Alexan. in. l. fi. circa princi. C. qui admit. ita teneas quãuis tex. in. l. fi. C. de indi. ponit ibi alternatiuã inter duumuiros et magistratus municipales vt ibi dixi. ¶ Secundo videndum est q̃ litera debeat esse in tex. an litera non tamen an vero litera non tantum Barto. et alij. hoc dicũt et bene quod debet esse dictio exceptiua non tamen: quia si esset dictio non tantum esset incongrua locutio: quia includeret casum in quo non esset tanta dubitatio. Hinc sumpta occasione examinat Barto. que sit natura dictionum taxatiuarũ: at tantum tantummodo dumtaxat solũ 9 et solummodo tu facias regulam et quinꝙ fallentias. † Regula est, ꝙ iste taxatiue affirmatiue posite excludunt omnes alias personas et omnes alios casus preter expressos vt hic p Bart. 10 † Adde ꝙ etiã impediunt ius accrescẽdi inter coheredes: ideo si testator instituit duos heredes: vnum in duabus vncijs tantum. aliũ in. x. vncijs tantũ: vno repudiãte alteri non accrescit. tex. est singularis in. l. lucius. §. que habebat. in fine. ff. ad trebelli. et ita eam allegat Bal. in repe. l. j. in. xvij. col. C. de sac. sanctis eccle. et idem Bal. in. l. si arrogator. ff. de adop. Lu. ro. hic tu põdera diligenter ꝙ textus. ibi loquit de dictione, tamen et tamen vult

a ¶ Mulctã. Add spe. ti. de sen. pla. i §. spẽs. vꝫ si. ẽ et quarta spẽs. Arch. in. c. statuimus. xvj. q. j. car. zab. in cle. ñ. i. §. inqsitorib⁹. in ij. q. de hereti.

b ¶ De cõtẽ nẽtibus. add de do. i. c. si papa. gl. di. do. i. c. huic sedi. xvij. di. car. zaba. in cle. j. de eta. ⁊ qualitate.

c ¶ Aplorũ. Adde i cle. exiui de paradiso in fi. de ver. sig. Bal. in. l. cũctos populos. in rep. C. de sũ. trin.

tamen vult ꝙ habeat vim taxatiue: qḋ est de directo ꝯ Bar. hic. Sed salua ꝙ ibi nō ponitur tamen simpliciter: sed ita tn̄, ꝛ sic limitatiue: ꝛ sic in effectu taxatiue. ℂ Cōfirmo predicta q꞉ si duobus sint relicti fructus ad alimēta, vno eoꝝ repudiante vł mortuo non accrescit alteri. tex. est singularis in. l. dominus. §. p fideicōmissum. ff. de vsufruc. ratio est ꝺm Bal. ibi: q꞉ legatum alimentorum dicitur habere taxatiuā: ideo impedit ius accrescē-
stratu q̄ coram quo conueniri debebat: sed iste sensus mihi nō satisfacit, qr per hoc secūd⁹ casus, nō esset fortior p̄mo vn̄ teneo aliū tertium intellectū quē tenet glo. in verb. nō cōueniri. quē sentit Bart. numerando casus harū legū. ⁊ sequit̄ Ful. ⁊ iste est proprie intellectus ꝙ ver. eadē loquat̄ in eo qui conueniebat̄ in alio loco in quo ipso iure conuenire nō poterat ⁊. sic a quo erat mero iure exēptus: puta si forēsis cōueniat̄ hic. In ver. sed ⁊ fortius: ponit casum fortiorē ⁊ sic magis dubitabilē qn̄ qs citabat̄ in loco in quo mero iure poterat cōueniri, sed habebat ius excipiendi ex priuilegio: vt patet in tex. ibi: cui sit ius. ⁊ fm̄ hunc sensum est hic tex. no. ꝙ nedū eximens eum qui ipso iure citari nō potest in certo loco excusatur: sed etiā eximens eū q pōt ibi citari, sed habet ius declinādi forū: ⁊ ita teneas. ⁊ istū intellectū inuenio ꝙ tenet Bar. in. l. sed eximendi. §. j. j. eo. Istum intellectū reprobāt Jac. bu. Ang. ⁊ pleni⁹ Alex. hic. qr qn̄ citatur aliquis qui mero iure citari pōt, lꝫ habeat priuilegiū declinandi forum tn̄ valet citatio. ⁊ citatus tenetur cōparere allegatur⁹ suū priuilegium. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. ergo cum citatio valet eximens excusari non debet. Ad hoc respōdet Ful. ꝙ etiā quando aliquis ipso iure conueniri nō potest, nisi istud sit notoriū si conueniatur, debet comparere declinaturus forum, sicut in casu qn̄ habet priuilegiū. Alex. ponderat Bar. in. l. j. in princ. in. iij. colū. ff. de ope. no. nun. ⁊ in. l. ij. in. j. col. si quis in ius voc. non ie. Spe. in ti. de oper. no. nun. in ver. sn̄ia. nunquid verum est videtur expresse velle ꝙ quādo quis mero iure citari potest, vel quādo est dubiū de iurisdictione. ex quo citatio tenet eximens talem citatum, non excuset̄ a pena huius edicti. Unde cōsidera. ꝙ hoc modo multū restringit̄ iste tex. ad casum quādo certū est ꝙ citatio ipso iure non tꝫ, sed qr istud diuinat ⁊ restringit tex. ideo sequor vltimum intellectū quem dixi. ¶ Nō ob. ꝙ quando dubium est de iurisdictione, vel quādo qs mero iure potest citari lꝫ habeat priuilegium declinādi, ꝙ citatio ipso iure tenet: ⁊ citatus posset multari, si esset cōtumax. d. l. si quis ex aliena. ergo eximens non excusat̄: qr respōdeo ex singulari limitatione quā tradit ad iura preallegata Innoc. in. c. cum contingat. in. j. col. de rescrip. ⁊ sequitur Ang. in. d. l. ij. in. j. col. ꝟ. si quis in ius voc. non ie. ⁊ ibi dixi vbi dixit singulariter ꝙ. d. l. ij. ⁊. d. l. si quis ex aliena. ꝓcedunt solum quo ad partes principales: ⁊ nō quo ad tertias personas: qr facilius excusantur a mulcta tertie ꝑsone q̄ principalis per-
2 sona. ⁊ hoc qn̄ tractam⁹ de eximente ⁊ non citato. ¶ † No. p̄mo ꝙ eximens violenter eum qui in ius verbaliter vel realiter citatur: tenetur ex hoc edicto, cuius pena ponit̄ in. l. pe. §. j. ꝟ. codem. practicam huius tituli ponit Spec. in ti. de dolo ⁊ cōtu. §. j. ver. item sepe vocatus in ius. Et aduerte ꝙ iste titulus loquitur, qn̄ agitur contra eximentē ciuiliter: potest tamen etiam criminaliter agi, propter vim, fm̄ quod fuerit vis publica vel priuata, vt declarat Alb. de ros. ꝟ. in rub. huius titu. que autem sit pena exi-
3 mentis incarceratū dicam cras plene. ¶ † Secundo no. in ver. serui. ꝙ actio ex hoc edicto, cū sit penalis ⁊ oriatur ex maleficio, facit dominū ignorantem teneri noxaliter, si autem fuisset sciēs teneret̄ insolidum vt hic. et. l. iij. ꝟ. de noxa. als ex contractu serui dominus solum teneretur de pecul. l. iij. §. ex causa. ff. de pecu. Adde quod iste tex. ⁊ similes qui volūt ex delicto serui dominū etiam ignorantem teneri, non habet locum in alijs famulis qui non sunt serui. fm̄ Bal. hic per tex. in. §. fi. institu. de noxa. ⁊ tex. no. in. c. cum ad sedem. de resti. spo. ⁊ idē dicit Bal. in. l. fi. ff. de eo per quem fac. erit. adde Barto. in. l. j. §. familie. ff. de public. ⁊ in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. ⁊ in. l. si seruus seruum. §. proculus per illum tex. ff. ad leg. aquil. Bal. in. l. apud antiquos. C. de fur. Cano. in. c. j. de resti. spo. Lu. ro. in consil. xj. quod incipit in proposita questione breuiter videtur dicendum. ⁊ in consi. xv. quod incip. plura sunt que queruntur. ⁊ quod vult Bar. in. l. titius. per illum tex. ff. de testa. mili. Et similiter pater non tenet̄ ꝓ delicto filij nec pro eo tenetur aliquā condēnationem soluere. l. quoties. ij. cū. l. seq. ff. de noxa. per Bal. in. l. reos. in. ix. col. C. de accu. imo neq3 de legitima filij condēnati, tenet̄ pater condēnationē soluere: ita Bar. in. l. j. §. si impubere. per illum tex. ff. de colla. bo. ⁊ in l. stichus. circa fi. ff. de pecu. lega. Spec. in tit. de execu. sent. §. sequitur. ver. quid si filius. Bal. in. l. omnimodo. §. j. in pe. colū. C. de inoff. testa. Imo. ⁊ Mod. in. l. si filio. ij. ff. solut. matri. accedat tex. reputatus sing. in. l. si filius. ⁊ ibi Bal. C. de bo. ꝓscri. Similiter emphyteuta nō tenet̄ de culpa aut delicto suorū rusticorum. l. si vendita insula. ff. de peric. ⁊ cōmo. rei vendi. q̄ lex est ad hoc valde nota. fm̄ Bal. in rub. extra de pac. in. iiij. col. Cū potestates ⁊ rectores ciuitatum, bene tenentur pro delicto familie quā secum ducūt. l. j. ⁊ ibi Bar. ff. ad le. iul. repe. l. si post depositā. ⁊ ibi Bar. C. de asses. Bar. in. l. j. §. familie. ⁊ in. §. fi. ff. de publi. Bal. in rub. C. de pena iudi. qui male iudi. ⁊ in. l. obseruare. §. ꝓficisci. ff.
4 de offi. procon. et. leg. ⁊ no. Lu. ro. in. d. consi. xj. ¶ † Tertio no. in ver. et filius, qd̄ quando vocatio in ius non valet, impune pōt

quis eum eximere ⁊ istum tex. pro singulari no. ⁊ inducit Ludo. ro. in consi. cccxix. incipi. hic istorum quoq3 captura ⁊c. vt ibi videas per eum. An antē eximens vocatum in ius non rite, quāuis excusetur a pena huius edicti quo ad partē, an respectu iudicis possit mulctari, ponit Bar. ⁊ nō decidit in. l. sed eximendi.
5 §. j. j. eo. ⁊ ibi dicam. ¶ † Quarto pōdera, ꝙ iste tex. in fi. dicit, nō delinquit: sed in. l. seq. in ver. simili delicto. dicit eum delinquere. Sed cōcorda istos tex. altero de q̄tuor modis. Primo fm̄ Bal. non delinquit. s. iuris interpretatione, quia non punitur: tamen vere delinquit, quo ad bonos mores: ⁊ sic illud qd̄ non est punibile, pōt tamen dici delictum, quod inducit Bal. ad varias que-
6 stiones de quib⁹ hic per eum. † Adde tex. in. l. ⁊ si quis. §. diuus autem marcus. ff. de relig. ⁊ sump. fu. ⁊ tex. in. l. j. ff. de his qui. vt indig. quem pro singu. no. ibi Bar. ꝙ illud qd̄ nō meretur penā: dicitur tamen offensa, ⁊ idem dicit Bald. in. l. decuriones. C. de infa. ⁊ in. l. j. in. iiij. col. C. si a non compe. iudi. ⁊ in. c. j. in. ij. colū. de iudi. ¶ Secūdo salua tex. fm̄ Angel. ꝙ non delinquit. s. quo ad partem vocantē: tamē delinquit quātū est in seipso. Uel tertio fm̄ Jac. de are. Sali. ⁊ Ful. hic: nō delinquit, attento iure pretorio qd̄ vetat patronū sine venia in ius vocari: sꝫ bene delinquit cōsiderato iure ciuili. Uel quarto fm̄ Jac. bu. ⁊ Bar. iste nō delinquit: sed diceres eum deliquisse, deteriori loco est ⁊c. vt dicit
7 litera. † Istam vltimā saluationē, no. ⁊ inducit Pau. de cas. hic. post Bal. in lec. antiqua, qn̄ quis facit positiones que videantur adinuicem cōtrariari debēt saluari ꝑ modū supra dictū. nā pone ꝙ reus conuent⁹ ad mutuū, facit vnā positionem ꝙ nihil sibi mutuasti. deinde fecit aliā ꝙ fecisti sibi pactū de nō petēdo. Uel dum peteres ab eo fundū vigore stipulatiōis, fecit duas positiones: vnā ꝙ non promisit, aliam ꝙ prescripsit illum fundum. certe iste positiones, ne sint contrarie, debent saluari per istū modum ꝙ nō ꝓmisit, ⁊ dato ꝙ promisisset ꝙ ꝓscripsit, ⁊ dicit. d. Alexā. qd̄ est diligentissime notandū in practica. adde Cy. ⁊ Bal. in. l. cum falsa. in fi. C. de iur. ⁊ fac. igno. Sali. in. l. cū preco. in fi. C. de liber.
8 causa. no. Pe. de anc. in consi. cclviij. † facit qd̄ dicit Bar. in. l. fi. §. idem desijt. ff. de condi. ind. ꝙ verba que apponūtur in cōtractibus, debent semper sic intelligi ⁊ adiuuari ꝙ nullā contrarietatem contineāt, sic in iuramento. c. fin. cum glo. de iureiu. in. vj. Bal. in. l. fi. in princ. C. de re. cre. sic in instrumento fm̄ Bar. in. l. scripture. in fi. C. de fide instru. ⁊ tex. no. in. c. inter dilectos. §. ceterum de fide instru. quem ad hoc ponderat. d. Abb. in. c. cū tu. de testi. sic etiam in testib⁹. d. c. cū tu. vbi cano. ⁊ Bar. in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de ver. ob. ⁊ in. l. ij. in princ. cum suis cōcor. ff. si cer. pe. sic etiam in legibus, vt in. §. quib⁹. et ibi no. in prima constitutione codicis, sic etiam in statutis fm̄ Bar. in. l. oēs populi. ad fi. iij. q. prin. ff. de iust. ⁊ iur. ⁊ Bal. in. l. fi. in vlt. ver. C. per quas perso. nobis acqui. ⁊ qd̄ no. Bar. in. l. sed ⁊ posteriores. C. de leg.
9 † Adde etiam bonū simile ꝙ si testis interrogat⁹ super primo scd̄o ⁊ tertio articulis dixit se nihil scire: ⁊ sup quarto ⁊ quinto deposuit: postea in fi. dicit ꝙ de ꝓdictis oībus est publica vox et fama per hoc non dicit̄ sibi contrarius qr intelligit̄, ꝙ dicat esse famam de his de quib⁹ deposuit: non aūt de his de quibus dixit se nihil scire. ita Spec. in ti. de execu. sen. §. j. ver. illud not. ꝙ testes. d. Ant. de but. in. c. cū causam. in. c. fraternitatis. in. xj. col.
10 de testi. † Quando aūt statuta sic contrariant̄ ꝙ saluari nō possunt qd̄ eorū seruandū sit: declarant Bar. ⁊ alij in locis prealle. Circa qd̄ vltimum no. singu. dicit Bal. in. c. cū olim de consuet. ꝙ si in eodē volumine statutorū reperiunt̄ duo statuta cōtraria semper seruandū est illud qd̄ est iustius ⁊ equius. ⁊ sequit̄ domi. Alex. in consi. lviij. in. iiij. vol. incip. in presenti cā. Confirmo per id qd̄ singulariter dicit Bar. in extrauā. ad reprimeū. in ver. nō obstantibus. in pe. col. in prin. ꝙ qn̄ reperiunt̄ duo statuta cōtraria ⁊ vtrūq3 est speciale, seruan̄. est illud qd̄ est magis fauorabile ⁊ in quo cadit euidentior vtilitas, ⁊ illam decisionē Bart. sequit̄ Bal. in. l. j. in. iij. q. ff. de off. consul. ⁊ confirmo per id qd̄ pulchre dicit Bal. ⁊ in. l. hāc consultissima. in. j. col. ante fi. C. qui testa. fa.
11 pos. ¶ † Quinto no. in ver. sed ⁊ fortius, iuncta gl. regulā que tota die alle. ꝙ aduersatiua posita sine copula, aduersatur in totū precedentibus ⁊ in iure ⁊ in facto: sed si ponitur cum copula hn̄ denotat diuersum factum, sed idem ius ⁊ sic non aduersat̄ tunc in iure. Adde glo. in. l. patris ⁊ filij. ⁊ ibi Bart. ff. de vulg. ⁊ pup. in glo. Bar. in. l. hoc amplius. §. de his aūt. ff. de dam. infec. gloss. in l. vnica. §. j. in gl. mag. circa mediū. vbi Bal. ⁊ Fulg. not. ꝟ. si quis ius di. non obt. gl. in. l. sed et si lege. in prin. ff. de peti. here. ⁊ per istā regulā apparet vltra supradicta ꝙ intellect⁹ primus Jaco. bu. Ang. ⁊ Alex. ad ver. sed ⁊ fortius. cum ver. precedenti. qui dicunt ꝙ ponit eundem casum, licet dicat fortiorem esse q̄ in. l. j. in fin. non potest stare propter aduersatiuam, quia effectualiter non teneret effectū suū. Sed contra scd̄am regulam adde tex. in. l. iij. sed ⁊ si sic acceperit. ⁊ in. §. sed ⁊ si mutua. ff. de in rem verso. ⁊ tex. in. l. si qs ex argentarijs. §. rationē. in ver. sed ⁊ qd̄ soluit ⁊ ibi

τ ibi Raph.Fulg.ad hoc not.ff.de edendo.niſi referas ad princip.§.τ non ad proxima ſm Ray.τ Alb.ibi. Item in contrariũ adde tex.in.l.j.§.ſed τ ſi is cui.ff.de ope. no. nunt. Sed tenendo iſtam regulam que communiter tenet.ſ.quod aduerſatiua cum copula denotat identitatem in iure, vt ſit vera non ſimpliciter, ſed ſm quid:ita reprobatur in.l.nam τ poſtea.§. ſed τ ſi quis. ff. de iureiuran.iuncto.§. precedenti. vbi datur replicatio aduerſus exceptionem iuramenti,ſicut in.§.precedenti.ſed non requiritur reſtitutio in integrum vt ibi τ ad iſtam limitationem adde gl.que idem vult in.d.l.patris τ filij.Et iſto modo potes etiã limitare regulam quam ponit Bal.in.l.omnes populi.in.xv. colum.ff.de iuſti.τ iure de qua ſtatim infra proxime faciam mētio-
12 nem.† Adde etiã ꝙ natura aduerſatiue eſt aduerſari his que ſunt eiuſdem generis,τ nõ diuerſi. vnde ſi dico ſcholares legũt petrus autem currit intelligitur,petrus ſcilicet ſcholaris.gl.in l.mariti.§.fi.τ ibi Barto.ff.de adul. Cy.in aut. ſacramenta puberum in princip. C.ſi aduer.ven.do. Alexã.in.l.ſi filius a patre.in
13 prin.in.xiij.col.ff.de libe.τ poſthu.† Sed aduerte ꝙ lʒ aduerſatiua,aduerſetur precedentibus in iure τ in facto:tamen etiã inducit repetitionem qualitatum precedentium:qđ diligēter no.
14 qꝛ inſeruiet ad infinita.† Unde ſi ſtatutũ dicat,ꝙ exiſtētib⁹ maſculis femine nõ ſuccedãt ab inteſtato niſi in dote:facto vero teſtamento non ſuccedũt niſi quatenus teſtator duxerit eis relinquendum dʒ intelligi facto teſtamēto τ maſculis exiſtentib⁹ ita ſingulariter dicit Bal.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.τ iur. in.xv. col.in ver.tertio modo poſterius trahit ad ſe prius alleg.glo.in §.item lapilli.inſti.de rerum di.ſequit Pe.de anch.in cõmento c.canonũ ſtatuta.de conſti.in ver.querit etiã Bal.vtrũ vnũ ſtatutum.d.Alex.vbi dicit iſtud nõ reperiri alibi in.d.l.filius a patre.in prin.in.xij.col. ¶ Sexto τ vlt.aduerte in ver.ſi quis ad pedaneum.gl.intelligit in deleg.ꝑpter vtilitatem iudicis in iudice delegato ab iferiore:quia poteſt recuſari:fragiles ſunt rationes:vnde Ang.τ Lu.ro.hoc dicunt, ꝙ nulla bona ratio poteſt aſſignari.Bar.Sali.τ do.Alex.intelligũt quod loquatur in delegato citantis perſonaliter:quod facere nõ poteſt: vt vidimus poſt gloſ.τ alios in.l.ij.ſ.de iuriſdic.om.iudi.ideo eximens talē non incidit in penam huius edicti.Idem tenet do.Alex.in conſil.xxxv.in.ij.volu.quod incipit viſo themate τ dubijs:in.vij.col. τ ſic oportet ſubdere τ reſtringere hunc tex. nam ſi citaſſet verbaliter eximens incideret in penã huius edicti.τ dato qđ multari non poſſet a delegato,quia delegatus non habet poteſtatem
15 multandi† etiam principales contumaces niſi in reſcripto delegationis data ſit facultas multandi,vt vidiſtis in.l.vnica.in ꝑn. ff.ſi quis ius di.non obtem.tamen eximens poterit cõueniri ad penam huius edicti coram ordinario. Quia tamē hoc nimis reſtringit tex.ideo Bal.Ang.Pau.de ca.intelligunt generaliter tex.quod loquatur in omni citatiõe, qꝛ iuriſdictio delegata nõ extenditur ad perſonas tertias non contentas in delegatiõe.c. p.τ.g.de offi.delega.ſed certe iſtud nihil eſt quia ſaltē a delegãte vel ab alio ordinario eximens puniretur.l.ij.in ver. a competenti iudice.ſ.titu.ij.mihi placet plus ꝙ text.intelligatur proprie prout iacet in pedaneo,τ ſic in infimo magiſtratu:qui tamē eſt ordinarius iuxta gl.in.l.fi.C.de iudi.prout etiam intelligunt Bal.in lec.antiqua.et Fulg.hic per ea que late tenui.in.l.vnica. in prin.ſ.ſi quis ius di.nõ obtēpte.vbi videas regulã queadmodũ ordinarij τ ſic magiſtratus inferiores non poſſunt mulctare cõtumaces prout eſt tex.ſm verũ intellectũ in.d.l.vnica. in prin. in verbo non tamē duumuiris:multominus tertia perſona eximens citatũ coram talibus viliſſimis iudicibus incidit in penã huius edicti: qꝛ ſi bene reuolues iura, mulcta non imponit niſi pro contemptu magiſtratuum ſuperiorum,nam de infimis magiſtratibus lex non curat.

1 ¶ Lex vel ſtatutuʒ debet ſimpliciter intelligi prout iacet nec debet ſubaudiri aliquid extrinſecum.
2 Statuta penalia ſemper intelliguntur ſi delicta dolo commiſſa ſunt.τ nu.3.
4 Eximere τ eripere differunt inter ſe τ genus τ ſpecies.
5 Auferre habet duos ſignificatus.
6 Uocatum in ius retinens violenter ita incidit in penam ſicut ſi violenter exemiſſet.
7 Debitorem meum occultans ne poſſet capi an mihi teneatur ad omne damnum τ intereſſe.
8 Debitor alicuius ſi aufugiat,ſi aliquis ſit cauſa, tenetur creditori ad totale intereſſe.
9 Eximens vocatũ in ius,licet calũnioſe,tamen incidit in penaʒ.
10 Incarcerat⁹ pro debito non vero,põt pro alio vero debito recõmendari:dũmodo captura non habuerit defectum forme.
11 Eximens non rite citatum,an poſſit mulctari.
12 Pena autem eximentis aliquem de carcerib⁹, vel facientis fugere incarceratos que ſit.

Quod pretor.

In eximente,nõ reqrit dolus reſpectu exēpti,ſʒ reſpectu actoris, ad cuius inſtantiã qs fuit citatus.hoc primo.cũ gl.τ verbũ eximere generalius ꝙ̃ eripere:hoc ſcđo.τ eximēs vocatũ lʒ calumnioſe tamen tenet hoc edicto.h.d.cũ.l.ſeq.vſqʒ ad.§. pretor ait.
1 ¶ † No.primo ſm Bal.ꝙ lex vel ſtatutũ dʒ ſimpliciter intelli-
a gi prout iacet nec dʒ ſubaudiri aliqđ extrinſecũ.dic vt dixi in.l.
2 Quis.ſ.de in ius voc.† Et facit iſte tex.ſm Bal.ꝙ ſi ſtatutũ dicat ꝙ ſi qs percuſſerit aliquē puniat in centũ,ꝙ nõ requirat dolus:ex quo ſtatutũ nõ facit mentionē doli:bene tamen requirit culpa vt ſit delictũ.Adde ꝙ idem dicit Bal.in.l.in actionib⁹.in prin.τ ibi Lu.ro.ff.de in lit.iuran.Bal.in.l.pign⁹.in.vl.col.C.de pig.ac.vbi dicit,ꝙ in penis ſtatutorũ,ſi ſtatutũ nõ faciat mētionem de dolo,nec nos facere debemus:qꝛ nõ debemus ſtatutum gloſſare.τ idē Imo.in.c.j.in.vij.col.de cõmo.de quo vide Bart. in.l.j.§.nõ aũt.ff.ſi qs teſta.liber eſſe iuſ.fue.ſʒ idē Bal.in.l.fi.per gl.ibi.ff.ꝙ quiſqʒ iur.dicit,ꝙ ſtatuta penalia ſemp intelliguntur habere clauſulaʒ in ſe,ſi delicta dolo cõmiſſa fuerint. Adde etiã doctrinã no.Bar.in.l.j.in prin.in.iij.col.ff.ad turp.quã ſequitur Lu.ro.conſi.cxlv.qđ incip.ingſitione.τ in conſil.clj.qđ incipit in
3 propoſita qõne.† Item adde,ꝙ ſtatutũ puniēs homicidiũ vel aliquod delictũ corporale,intelligit ſi dolo ſit cõmiſſum non caſualiter etiã ſi culpa interuenerit.l.cũ autē.§. excipit. ff.de edil. edic.Bar.in.l.quid ergo.§.pena grauior.i.iij.col. ff. de infa.bal. in.l.oēs ppli.in.xvij.col.ff.de iuſti.τ iur.τ in.l.data opera. in.iiij. col.C.q accu.nõ poſ.in repe.l.cũctos populos.in vl,chart. C.de ſum.tri.τ in.l.quicũqʒ.in.v.col.C.de ſer.fugi.τ late in.c.fi.de conſti.τ in.l.ij.vbi etiã Sal.C.de noxa.Ang.in.l.is qui cũ telo.C.de ſica.τ in.l.j.τ ibi Pau.de ca.ad fi.ff.de legi.Sal.in.l.pe.C.de ſic. no.Pau.de ca.in conſi.cxc.qđ incip.in cauſa incarceratorũ.do. Alex.in conſi.clxxxij.quod incip.videtur in caſu ꝑpoſito τ dicit Pau.de ca.in.l.τ ſi ſeuerior.poſt Bal.τ Sal.ibi. C.de infa.ꝙ habuit caſum in facto de quodã qui proijciēdo lapidē rixãdo percuſſit trãſeuntem τ occidit,iudex capitoſus inherebat vbis ſtatuti dicentis,ꝙ q hoiem occidit decapitetur:dicit Pau.de caſ. qđ niſi oſtendiſſet autoritatē Bald.in.d.l.data opera.ꝙ vix potuiſſet liberare illũ,ne decapitaret.τ iſtã etiã ponit Pau.de ca. in.l.ſi fugitiui.in.ij.col. C.de ſer.fugi.τ refert τ ſequit. d.Alex.in cõſi.cxliij.qđ incipit poſt redditũ primũ cõſiliũ ad fi. Adde etiã ꝙ dicit.d.Car.flo.in.c.lator.de homi.τ ibi Jo.de ana.refert accidiſſe de facto:cũ duo ſocij in vna naui inuicem vexarent,τ alter cum ligno in quo erat ferrũ ad trahendũ ramos arborũ qui obſtabant naui,percuſſit ſocium,qui mortu⁹ eſt:an debeat decapitari ſub forma ſtatuti ſuperius relati:dicit fuiſſe cõſultũ qđ non quia illud ſtatutũ dʒ intelligi de homicidio doloſo,alleg. l. ij.ff. de noxa.τ.c.in noſtra.de iniu. Item refert do.Signo.de homodeis in cõſi.xxvij.qđ incipit ſtatuto ciuitatis papie cauet in pe. col.eueniſſe de facto,cuʒ quidã tranſiens vellet euitare canē ferocem ne ipſum morderet,proiecit lapidem contra canem in loco in quo publice iter fiebat,τ ſic fuit in culpa,τ hominem tranſeuntem percuſſit τ occidit ꝙ tamen decapitari non debet virtute ſtatuti ſuperius relati:qꝛ quãuis fuerit in culpa tamen nõ fuit in dolo. Item adde quia in fortioribus terminis tenuit do. Nellus de ſancto gemi.in trac.bannitorum.in ſecunda parte ſecundi voluminis.q.xxxvij.ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impune occidi,dum eſſet bannitus quidam titius Joã.aliquis credens ꝙ iſte eſſet ille titius bannitus,appenſato iuit ad eũ occidendum:cum ipſe nõ eſſet ille bannitus ſed alius: ꝙ tamen iſte occidens nõ debet decapitari virtute ſtatuti,ex quo re vera nõ fuerit in dolo: Quis fuerit in magna culpa:vnde ſolum pro modo culpe erit arbitrio iudicis puniēdus,que deciſio ꝑ certo fortis eſt ſed periculoſa:ſed adde tex.in.l.ſcientiã.§.ſed ſe defendendi.ff.ad.l.aquil. ¶ Limita predicta,niſi ſtatutũ diceret,ꝙ quicũ ꝙ̃ occiderit quouiſmodo vel qualitercũqʒ decapitetur:tunc nõ debet diſtingui:an dolo vel culpa fecerit,ſm Bal.in.l.ij.in.iij.colum.C.de noxa.dicam de hac in.l.ij.§.pretor ait.vbi tex.in fini-
4 li.ſ.qui ſatiſda.cog. ¶ † Secundo no.ex.l.ſʒ eximēdi.ꝙ eximere τ eripere differũt inter ſe vt genus τ ſpecies,quia eripere eſt de manibus per vim auferre:qđ inducit per Jac.bu.Alb.Ang.et
5 Mod.hic,ad ſtatutũ de rapiente monialē vt hic p eos.† Adde aliud eſſe in ver.auferre,ꝙ habet duplex ſignificatũ: ſcʒ cũ violentia,τ ſine.gl.eſt in.l.poſtꝙ̃.in ver.abſtuliſſet.ff.de peti.here.ꝑ quam glo.Ang.ibi in fine dicit, qđ ſemel liberauit accuſatũ de rapina,qꝛ teſtes deponētes de rapina:interrogati de cauſa ſcientie dixerunt,quia viderunt rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum:certe per iſtos teſtes non probat rapina,que nõ poteſt committi ſine vi.τ teſtes depoſuerunt per verbum auferre habens duplicem ſignificationē vt dixi:ideo probatio trahibilis ad plures ſenſus,interpretatur cõtra accuſanteʒ.c.in preſentia.de accuſa.maxime in criminalibus, in quib⁹ probatiões

a ¶ Statutuʒ dʒ.adđ Ja. bu.in proe. ſfoꝝ quē referũt Ant. de bu.τab. in proe.decretalium.

debent esse luce meridiana clariores.l.sciāt cuncti.C.de proba. ad hoc vide plura que dixi in. l.nō hoc.C. vnde legi. vide tamē
6 tex.in.l.non solū.cū gl.ff.de incen.rui.naufra. ¶ † Tertio not. in ver.sed τ si eo loco,φ retinēs violenter vocatū in ius, ita inci dit in penā huius edicti sicut si violenter exemisset.τ sic facit ſm
a Pau.de ca.τ.d.Alex.φ si aliquis includat clericum [a] inuitum in aliquo loco,quamuis corpus nō tetigerit,incidit in excōmu nicationē.c.si quis suadente.xvij.q.iiij.sicut si manus violentas iniecisset.de quo plene per canonistas.in.c.nuper.de senten. ex com.Bar.in.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de pub.Bal.in. l.si qua
7 per calumniam.C.de episco.τ cler.τ facit etiam iste tex.ad.q.de occultante debitorem meum,ne possit capi,an mihi teneatur ad omne damnum τ interesse.Ray.τ Sali.in.l.fin.per illum tex.C. de ope.libe.tenēt qđ sic,τ per text.in.l.quoties.C. de exact.trib. lib.x.τ per.l.iij.C.de asses.Bal.ibi tenet contrarium,quia specia le est in illis legibus.τ eximens nō tenet,nisi vi exemerit vt hoc tex.τ per totū istuz titu.licet Sali. ibi respondet,quod licet per hunc titulum requiratur violentia:tamen saltem tenebitur per edictum.j.de eo per quem fac erit,vbi nō requiritur violentia τ in hoc differt ille titulus ab isto,vt no.Pau.de ca.τ Rap. Ful. ibi tenet,φ si propter talem occultationē creditor perdidit cre ditum suum,possit agere actione de dolo contra occultantem
8 arg.l.elegāter.§.si.ff.de dolo.† Tu adde,φ ille qui est causa qđ debitor alicui⁹ fugiat,tenet creditori ad totale interesse.ita sin gulariter cōsuluit Joā.de ana.in consi.lv.qđ incip. q2 dubia ad si.φ no.quia valde quotidianum,sed tu vide in terminis de hoc Bal.latius in.c.dilectus.in.vij.col.de appella. vbi τ notabiliter per eum.Quid si aliquis detinet debitorē meum, ne possit labo rare,τ ex laboribus lucrando,mihi satisfacere: an aliquo reme
9 dio prouideatur mihi contra eū,τ tenet quod non. ¶ † Quar to not.in ver.item si quis eum:φ eximens vocatum in ius lz ca lumniose,tamen incidit in penam hui⁹ edicti,τ ad hoc iste text. est mirabilis ſm Paulum de castro hic:similis textus in.l.pen. §.cum in eum.j.eodem.Cōtra istum text.fortiter facit.l.prima. §.fi.š.eo.glo.respondet τ min⁹ bene,sed salua sol. vt hic p Bar. qui videtur aliter soluere:vel tertio dic vt per Jaco.bu.Angel. τ Alexā.hic.¶ Secundo cōtra istum text.opponit Bart.actio ex hoc edicto competit ad interesse.d.l.pen.§.in eum.sed quan do quis calumniose est vocatus,cessat interesse,per consequens ista actio debet cessare:respondet Bar.post antiquos,vt hic p eum,qui dicit φ quamuis actor calumniose non pretendat in teresse respectu presentis cause in qua calumniatur, tamen pōt pretendere aliud interesse,quia si citatus comparuisset recōue
10 nisset,eum ex alia causa vera,quod est diuinare ad text.† τ ex ei⁹ solutione infert Bart.φ incarceratus pro debito non vero po test pro alio vero debito recommendari in carceribus:dummo do captura nō habuerit defectū forme.idem τ plenius tz Bar. in.q.per eum disputata,que incip.lapus.τ est bonus text.in.l.fi. τ ibi Bar.τ Bal.ff.φ me.causa.idem Bart.in.l.ij.§.fi.in fin. ff.de custo.reorum.Bart.τ Ang.in.l.si vnus.in princip. ff. de bo.au. iudi.poss.Bart.in.l.j.§.fin.ff.quoruz lega.τ in.l.j.C. cōminatio. vel epi.Bal.in aut.ei qui.in.iiij.col. C.de bon. aut. iudi. poss.et in.l.legata inutiliter.ff.de leg.j.τ in.l.iij.in princip. de in ius vo. Sali.in.l.fi.in fi.principij.C.de bon.aut.indi.pos.Ange.τ Jmo. in.l.si finita.in princi.ff.de dam.infec.glo.ij.q.j.in summa.τ glos. in.l.qui in carcerez.ff.φ met.causa.Jmo etiam captus in domo pro debito fisci τ incarceratus, pōt in carceribus p debito pri uati recommendari ſm Bar.in.l.cum eo.circa fi.ff.ad.l.pecul.τ in.l.quoties.C.de exac.trib.lib.x.τ per hoc Bar.in.d.l.cum eo. circa fi.dat not.cautelam,quando habes debitorem qui nō exit de domo.τ propterea non potes eum facere capi, vt ibi per eū. τ de qua dixi in.l.plerisq.ff.de in ius vocan.Sed quantū ad op positionem Bar.responde melius,φ imo actio in factū ex hoc edicto non datur ad interesse vt presupponit Bart.τ male, imo datur ad meram penam,etiā si actoris nihil interest.tex.est cla rus in.d.l.penul.§.j.in ver.hic enim habitū est.τ ibi Bart. met. j.eo.τita melius respondent Ja.bu.Pe.Cy.Abb.Ang.Sali.
11 Fulg.τ do.Alexan.¶ † Ultimo querit Barto. quid si aliquis fuerit citatus non ritē,vel indebite captus,quo casu clarū est φ eximens non tenetur hoc edicto quo ad partē.l.j.§.fi.cum seq. š.eodem.an saltem possit mulctari a iudice cuius potestatē cō uenit Bart.dubitat:tamen inclinat φ non.Ang.in.l.j.in prin. š.eodem.τ idem Ange.τ Lu.ro.hic distingunt vt hic per eos, quia aut ista captura iniusta est per delegatum. τ tunc φ ei non creditur,nisi ostendat literas commissiōis posset ei licite resisti. aut est ordinarius puta potestas τ tūc licet citatio sit iniusta: τ tamen q2 de eius iurisdi.constat,non est licitū talem captuz exi mere de facto,nisi talis captura esset notorie iniusta,alleg. no.p Jnno.in.c.si quando.de offi.deleg.tu tene indistincte,istū mulc tari non posse,ex quo non deliquit,vt est text.clarus in.l.j.§.fi.in

a ¶ Clericū. Adde Fel. in.c.sup eo. de sen.excō munic.

versi.non delinquit.τ ibi Bal.š.eo.Fulg.τ latius do.Alexā. hic Raph.Fulg.in.§.pretor ait.j.l.proxi. Que autē sit pena eximē tis captum de manibus familie:habes tex.si.in.l. cuiuscunq. et ibi Bar.ff.ad.l.iul.maie.Bar.in extraua.ad reprimendū.in ver. tangit Bal.in.l.addictos.C.de epi.audi.limitādo tamen singu lariter vt p Jo.fa.in.§.penales.isti.de ac. vbi dixi, τ posui duas
12 alias limitationes.† Que autē sit pena eximētis aliquē de car ceribus,vel facientis fugere incarceratos:Bar. hic in fi.aliqua liter pungit remissiue.τ in.d.l.cuiusq.Breuiter p conclusiones contra eximentē referendo aliquas.ll.speciales. Nā lex interdū punit eximentem pena.x.lib.auri,quando quis eximit violentū raptorem.§.arripiat.τ melius in §.fin.in aut.vt oēs obedi.iudi. prouin.Aliquando quis eximit confessum τ condemnatum de crimine τ tunc est pena criminis lese maiestatis.tex.est fin.in.d. l.cuiusq.vbi Bart.not.τ in extrauag.ad repri.in verbo tangat: quod tripliciter limita no.vt scripsi in illo.§.penales.τ statim re tuli.Aliquando eximit reuz malefice seu magice artis,τ iste pu nitur pena vltimi supplicij.l.si.C.de malefi. Jn alijs autē casib⁹ preter supradictos,qui specialiter a.l.puniūtur qua pena punia tur eximens de facto quem a carcerib⁹. dic quod si est exēptus reus τ culpabilis alicuius criminis eximens punitur illa pena quam merebatur exemptus.l.j.C.de his qui latro.occul.τ alle. Bar.hic.τ sic si consideras.iij.tex.quos alle.Bar.hic ex illis col liges.d.distinctionem.facit pro hoc vltimo qđ no.Ang.in.l.j.in prin.š.eo.Si autem eximitur aliquis de facto de carcerib⁹,qui non sit reus alicuius criminis.τ tunc aut iste erat incarcerat⁹ p debito publico vel priuato ad instantiam creditorū. et tunc exi mens tenetur soluere de proprio,propriū debitū creditoribus, perinde ac si esset fideiussor exēpti.tex.est fin.in.l.quoties. C.de exac.tribu.lib.x.τ licet gl.ibi videatur restringere illum text.vt procedat tantum in eximente debitore fisci,tamen Bart. And. de barulo τ alij ibi tenent φ etiā loquatur in debito, priuati.et ita tenet Bal.in.l.addictos.circa fi.C.de epis.au.τ Jo.fab.in.§. item aduersus.insti.de act.τ facit ratio,q2 nunquā aliquid cense tur speciale in fisco,nisi lex specialiter dicat.l.itē veniūt.§. in pri uatorū.ff.de pe.here.glo.in.l.j.C.de peti.here. Jmo probat sin gulariter.d.l.quoties.ſm intel.gl.ibi quod si aliquis eximit in carceratū pro debito priuato,tenetur soluere creditoribus etiā si talis exemptus denuo incarceratur.ita Sal.in.l.in bonefidei. in.x.col. C.de reb.cre.τ in.l.admonendi.ff.de iureiu.τ ibi Lud. in.xxv.col.in repeti.Si autem eximitur de facto de carceribus qui nō sit reus criminis:nec pro debito incarceratus.τ tunc q2 eximere de facto est turbare iurisdictionē iudicis,pōt eximens mulctari pecuniariter ſm potestatem,iurisdictiōis iudicis per ti.š.si quis ius di.nō obtē.τ φ ibi vult Bar.in pe.q. Et p istū ti. τ precedentes.declarat Spe.in ti.de sen.prola.§.species.in ver. nūquid titul⁹:posset etiā p arbitriū iudicis extra ordinē puni ri.p.l.j.§.effractores.ff.de effra. Jsta est vera τ pfecta doctrina in hoc quotidiano passu.τ ſm istam doctrinā necessario debes intelligere determinationē Bal.sup hoc, que alās poneret tūc in magno discrimine in.l.addictos.circa fi.C.de epi. aud.vbi q̄ rit,que sit pena eximentis quē de facto ex publicis carceribus.τ respondet,qđ est pena criminis lese maiestatis.d.l.cuiusq.licet alia ipse alleget,nā eius decisio sic indistincte est falsa: vñ oz di stingui vt pdixi.τ ad ista vide Jo.fab.in.§.item aduersus. insti. de act.vt tetigi.vide,etiam oīno Alex.in cōsi.clxxvij.incip. viso themate τ dubijs,in scđo dubio prin.Et no.circa vltimū casum inquantū dixi,eximentē posse mulctari ſm iurisdictionem iudi cis.τ quantā mulctā possit vnusquisq iudex imponere, est text. in.l.eos.C.de modo multā.τ dixi in.l.vnica.in prin.ff.si quis ius di.nō obtem.nā inuenio φ Spec.singu.in ti.de sen prola.§. spe cies,in ver.sed nūquid titulus.dicit φ de facto seruat p iudices φ imponūt mulctas arbitrio eorū vltra metā taxatā in.d.l.eos. τ sic,φ illa lex in hoc nō seruat.τ sequit do.Alex.in.d.cōsil.xxxv. in.ij.volu.in penul.col. Jason Padue.

1 ¶ Dolo: malo eximens etiam per alium tenet, quis presens non fuerit.
2 Transeuntem per locum periculosum si quis videat τ eum visa ciat retineri an teneatur.
3 Equum alicuius si quis viderit in stabulo multum sudantem,τ extraxerit τ ligauerit ad vnum palum,τ ille equus incapistrane rit se τ mortuus sit,an ille qui extraxit dño teneatur de equo.
4 Uidens duos cum armis,τ bona fide se interponit vt eos sepa ret si occidatur: occiditur impune.
5 Maleficium committi qui mandat,tenetur etiam si non sit pre sens tempore quo committitur.

1 **Pretor ait.** † Dolo malo eximēs etiā per aliū, te netur hoc edicto, quis presens non fue rit.h.d.cū prin.legis seq. vsq ad.§.cū in eū. ¶ Jn tex. ibi velut cū iusta cā. que aūt possunt esse iuste cause eximēdi declarat gl. hic in

le in verbo iusta cã, per duo exẽpla que multũ notant Ang. et
ful. hic. an aũt causa etiã iniusta excusaret eximentẽ a pena vi
istis glo. no. in. l. vnica. in glo. magna in verb. interest. in fi. ff. si
2 quis ius di. nõ ob. vbi dixi. ¶ † No. primo ex isto tex. iuncta gl.
ꝙ si aliquis videret volentẽ trãsire per locũ periculosum: ⁊ eum
per vim faciat retineri, nõ tenet̃ hoc edicto, ẽm Bar. ⁊ notabili⁹
Ang. ⁊ Ful. non tenetur nec quo ad deum nec quo ad mundũ.
3 Alibi † tñ Ang. in. l. eleganter. §. idẽ labeo. ff. de dolo. decidit ꝑ
illũ tex. qui bene probat casum quẽ dicit se habuisse in facto, ꝙ si
quis viderit equũ alicui⁹ in stabulo multũ sudantem ⁊ illũ ex
traxerit de stabulo, ⁊ ligauerit ad vnũ palũ: ⁊ demũ equus ille se
incapistrauerit ⁊ mortu⁹ sit ꝙ ille qui extraxit tenet̃ emendare
dictum equum domino, q̃uis principium eius fuerit licitum.
4 Adde † simile de eo q vidit duos cũ armis ⁊ bona fide se inter
ponit vt eos separet. nam si occidat̃ est impune. gl. est sing. in. l.
ij. ⁊ ibi expresse Ang. C. de sica. dixi in. l. vt vim. ff. de iusti. ⁊ iure.
¶ Cõtra tñ decisionẽ Ang. allego fortẽ tex. in. l. sed an vltro. §.
j. ff. de neg. gest. ⁊ qd̃ dicit gl. parua in. l. eum qui. §. in populari
bus. ff. de iureiur. quod illud dicitur bene fieri ꝙ bona fide fit.
5 ¶ † Secũdo not. in. l. si per alium. ꝙ qui mandat maleficiũ com
mitti tenet̃ etiã si nõ sit presens tempore quo cõmittitur. et ẽm
Pau. de ca. illud forte non reperit̃ alibi ita bene. ¶ Tertio no.
ẽm Ang. ⁊ Ful. ꝙ licet edictum pretoris loquatur in personam,
tamen mandans vel fieri faciens, tenet̃ de quo dixi in. l. si quis
id quod. s̃. de iur. om. iudi.

1 ☞ Iuramentũ in litem nõ habet locũ nisi dolus interueniat.
2 Agens qui se fundat in negatiua tenetur illam probare.
3 Lex qñ requirit actum qualificatũ non sufficit probare actum
sine illa qualitate. vide nu. 5. 6. 7. ⁊. 8. ⁊ qualiter sunt formãdi ar
ticuli in hac materia. nu. 9.
4 Accusans aliquẽ de percussione cũ sanguinis effusiõe si postea
solum probet de percussione, debet reus in totum absolui.
11 Solutio eximentis liberat principalẽ debitorẽ in eo in quo cõ
tinet debitum principale: vide aliam conclusionem. nu. 10.

In eum. Actio in factũ ex hoc edicto dat̃ ad meram
penã, que est quãti actor in litem iurauerit. ⁊
probationes debent concludere exẽptũ ꝑpter talem exemptio
nem non cõparuisse. h. d. vsq; ad. §. fi. ⁊ lz iste tex. non facit men
tionem de iuramento in litẽ ⁊ ꝑpter hoc Pe. de bella perti. ali
ter tenuerit. quẽ sequit̃ Raph. Ful. ⁊ Ludo. ro. hic. ⁊ in. l. actio
nibus. ff. de in lit. iurã. tñ alij oẽs tenẽt istã actionẽ dari intantũ
inquantũ fuerit iuratum in litẽ: vt in iuri. hic per Bart. ⁊ alios
allegatis: maxime per tex. ibi quãti fuerit ab actore estimata. nã
si requirerentur probationes, nõ fieret estimatio ab actore. Itẽ
per id quod dicitur de actore calũniante. Itẽ per simile ꝙ vide
mus odio dolosi. in. l. si quãdo. C. vnde vi. in. c. fi. qd̃ met. cau. ⁊. l.
semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam: tamẽ istud vltimũ
simile nõ congruit, q̃ in illis iuribus ideo prestatur iuramentũ
in litem, non propter solum dolum: sed q̃ etiã cõcurrit difficul
tas probationis: que duo copulatiue requirunt̃: vt in. d. iuribus
tradit̃. ⁊ declarat Bar. in. l. actionib⁹. in pe. ⁊ fi. col. ff. de in lit. iu
ran. vnde q̃uis in ꝑposito arguat̃ dolus eximentis. tamen cum
non cõcurrat difficultas ꝓbationis: illa iura non vident̃ in pro
posito facere. ⁊ ẽm Pau. de ca. illud qd̃ declarat̃ in tex. est mira
1 bile. † Et quo not. ꝙ in eximente necessario requiritur dolus:
prout tenet gl. in. l. iij. §. fi. s̃. eo. que ita declarat illum text. q̃ nisi
dolus interueniat, non habet locum iuramentum in litem. gl. in
l. semper. §. hoc interdictũ. ff. quod vi aut clã. Bart. in. l. in actio
nibus. vbi dixi. ff. de in lit. iur. gl. ⁊ doc. in. c. fin. cum simi. qd̃ met.
cau. Et practicam huius. l. ponit Spe. in tit. de dolo ⁊ contu. in
§. fi. ad fi. Limita istũ tex. in eximente debitorem fisci. nã fisco vel
eius procuratori non defert̃ iuramentũ in litẽ. ⁊ sic in hoc fiscus
habet minus iuris q̃ȝ priuatus, gl. est sing. que ita expresse limi
tat istum tex. in. l. quoties. in gl. fi. C. de exac. trib. lib. x. tamẽ illã
glo. reprobãt Bal. ⁊ Io. de pla. ibi. Io. fab. in. §. item aduersus.
2 instit. de act. ⁊. d. Alex. hic. ¶ † No. in ver. docere. ꝙ ille qui agẽ
do fundat se in negatiua tenetur illam ꝓbare. ⁊ ẽm Ang. ⁊ Ful.
hic. ista regula procedit siue negatiua sit fundamentũ exceptio
nis siue actionis: qd̃ facit ad statutũ disponẽs, ꝙ nõ soluens col
lectas, non audiat̃. ⁊ est regula Inno. in. c. super his. de accu. de
qua per Bart. ⁊ alios in. l. hoc iure. cum suis concor. ff. de verbo.
obli. Cy. ⁊ alios in. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ ista negatiua. s. iustũ
non comparuisse probatur ex inspectione actorũ. l. fi. ⁊ ibi doct.
C. de reb. cred. no. in. l. titie textores. in prin. ff. de leg. j. Bal. in. l.
ij. C. de er. aduo. ¶ Item no. ex eodẽ verb. docere. ꝙ qui agit ex
hoc edicto contra eximentem, tenet̃ probare, ꝙ aliquis fuit exẽ
3 ptus. ⁊ qd̃ propter talem exẽptionem non venit in ius vt dicit
litera. † Ex hoc no. Pau. de ca. ꝙ qñ lex requirit actum qualifi
catum, nõ sufficit ꝓbare actũ, sine illa qualitate. facit. l. ꝑtor. ij. §.
docere. ff. vi bo. rap. l. fulcinius. §. cum hoc. vbi glo. notabilis ibi

not. Bart. ff. ex qui. cau. in pos. eatur. Et per hãc regulam refert
Pau. de ca. Mar. sil. determinasse, stãte statuto ꝙ villa teneat̃
pro homicidio in ea cõmisso: quod nõ sufficit si reperiatur cor
pus mortuum in illa villa, quia posset esse mortuus ⁊ postea in
illam villã portatus. Tu adde ad istam regulam que est nota. ⁊
quotidiana: tex. in. l. j. §. ait pretor. ⁊ ibi ad hoc no. Bart. ff. ne qs
in loco pub. ⁊ tex. in. c. licet causam. ⁊ ibi no. do. Abb. in. xij. not.
de proba. ⁊ ibidem Bal. in. xij. col. dicit ꝙ ibi est tex. sing. qui vix
alibi reperitur de proponente qualitatem non solũ agendo sed
etiam excipiendo. ꝙ tamen eum probare tenetur. adde etiã tex.
in. c. ab eo. de elec. in. vj. Bal. Imo. ⁊ Lud. in. l. titia. ff. solu. matr.
Bal. in. l. certi condictio. §. quoniam. in vlti. col. ff. si cer. peta. do.
Ant. ⁊ Imo. ⁊ do. Abb. in. c. ij. de rescrip. do. Abb. in. c. significa
uit. in vlt. no. per illum tex. de appel. ⁊ in. c. abbas. in. ij. col. ꝙ me
tus causa. Ratio predictorum est, quia factum qualificatum cẽ
setur vnum ⁊ idem. hinc est, ꝙ sermo qualificatus censetur vnũ
⁊ quid indiuiduum vt per Bar. in. l. aureli⁹. §. item quesijt. cir
ca fi. cum similibus. ff. de lib. leg. sic iniuria verbalis qualificata,
censetur vna vt si dicam occidisti hominem ꝓditorie ẽm Bart.
4 in. l. item apud labeo. §. id quod dicitur. ff. de iniu. † Ad istã re
gulam adde, ꝙ accusans aliquem de percussione cuȝ sanguinis
effusione, si postea solum probet de percussione dȝ reus in totũ
absolui ẽm Cy. bal. ⁊ Sal. ⁊ post eũ Ia. de are. in. l. ij. C. de ꝓba.
Bal. in. l. in causis. C. de accu. ⁊ inquisi. super rubrica do. Abb. in
c. examinata. in. iij. colũ. de iud. ⁊ in. c. conquestus. ad fin. de foro
compe. Lud. ro. in cõsi. cx. qd̃ incip. questio consultationis pro
posite. ⁊ faciunt que late traduntur per Bar. in. l. denũtiasse. §.
5 quid tamen. ff. de adult. † Item ad istam regulam adde ꝙ vult
no. Io. an. in. c. j. de homi. in. vj. in nouella. vbi refert se liberasse
quendam prelatum a pena imposita de iure, prelato facienti as
sassinare christianum, vt ibi est tex. nam fuerat plene probatum
per tex. ꝙ iste prelatus fecerat assassinari vnum: tamen quia nõ
a fuerat probata qualitas[a]. s. ꝙ esset christian⁹, fuit absolutus, q̃
poterat esse vnus iudeus vel aliter infidelis. idem tenet Bal. in
l. si quis non dicam rapere. in. iij. col. C. de epis. ⁊ cle. do. Alex. in
consi. clxxij. in. ij. vol. qd̃ inci. visis ⁊ opportune discussis in. ij. col.
⁊ in consi. ccxxiiij. in. ij. vol. qd̃ incip. viso processu inquisitionis
formate contra peregrinum. ⁊ in consi. j. in. iij. volu. ꝙ incipit vi
so processu inquisitionis formate contra antoniũ in. ix. colũ. ⁊ in
consi. lxxxij. in. iij. vol. ꝙ incip. viso processu cause vertẽtis inter
6 vniuersitatẽ. in. vj. col. ¶ † Item ad istam regulã adde bonum
tex. in. c. auditis. de prescrip. queȝ ibi dicit Io. an. practicasse bo
nonie in quodam bidello qui locauerat equum ad vecturam, et
conductor per socios itineris probauit ꝙ equus in itinere natu
raliter mortuus est. dicit Io. an. ꝙ fecit eum condẽnari, vt solue
ret equum: q̃ licet probauerit vnũ equũ in itinere mortuuȝ esse
non tamẽ probauit, ꝙ fuerit ille quẽ cõduxit. poterat enim esse
alius equus ⁊ ideo debuit ꝓbare signa equi. sequuntur. d. Ant.
in pe. col. ⁊. d. Ab. ibi in. ix. ⁊ dicũt ꝙ est notandũ ad instructio
nem aduocatorũ iuuenũ, sequitur etiam. d. Alex. in consi. cxviij.
qd̃ incip. In causa ⁊ lite vertente inter peregrinum. in vlti. col.
in. j. vol. ⁊ in consi. seq. ꝙ incip. viso processu. in. iiij. col. Item ad
istam regulã adde, que no. ponit Bar. in. l. nõ solũ. §. sed vt pro
bari. cũ suis cõcor. ff. de ope. no. nun. Bal. in. l. matrem. C. de pro
ba. d. Abb. in. d. c. auditis. Item ad predicta accedit ꝙ dixit gl.
7 no. in. c. j. de collu. dete. † predicta procedũt quando talis quali
tas erat requisita a. l. vel erat necessaria ad actum. Quid autẽ si
fuisset qualitas non requisita, tamen agens in libello fecit men
tionem de tali qualitate et eam capitulauit, videt̃ ꝙ nõ tenetur
eam probare per doct. Cy. in. l. cũ te. C. de proba. ⁊ per gl. ⁊ doc.
in. c. ij. de rescri. dic ꝙ adhuc tenetur etiã probare al's succumbe
ret, quasi ad eam probandã se abstraxerit ẽm Pau. de cast. hic.
Bar. ⁊ alios in. l. diuos. ff. de re iudi. ⁊ in. d. l. fulcinius. §. cũ hoc.
Bal. in. l. j. in. vj. q. C. de condi. indeb. ⁊ in. l. j. C. vt in pos. leg. Ca
no. in. d. c. lz causam, facit qd̃ pulchre no. Bar. in. l. j. §. item quesi
tum. per illum tex. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ in. d. l. denuntiasse. §.
8 quid tamen. ff. de adul. † ⁊ ideo cauti ꝓcuratores ⁊ aduocati sem
per apponũt illam clausulam non astringens se ꝓpterea ad ali
quid probãdum nisi quatenus sit necessariũ ad victoriam cau
se ẽm Bar. in. l. diuus. ⁊ in. l. circa. vbi gl. bona. ff. de proba. ⁊ in. l.
propter litẽ. §. j. per illũ tex. ff. de excu. tu. do. Abb. et alij in. d. c.
licet causam. in. vij. not. et vide Ang. in. l. edicta. in fi. C. de eden.
9 ¶ † Tertio ꝑ istũ tex. dicit Bar. ⁊ Pau. de ca. hic colligi quali
ter formandi sunt articuli in ista materia. Et plenius q̃ȝ Bart.
dic ꝙ quatuor debent articulari. primo ꝙ reus fuit rite citatus
autoritate competentis iudicis per. l. j. §. fi. cum. l. seq. iuncta. l.
iij. §. si quis ad pedaneum. s̃. eo. secundo, quod dum cõpareret
vel duceretur a familia potestatis fuit vi exempt⁹. tertio ꝙ ex
emptio fuit facta in damnum agentis. l. ij. §. fi. cum gl. s̃. eodem.
quarto quod propter talem exemptionem citatus nõ cõparuit

a ¶ Qualitas. Adde bar. in. l. j. in. §. ait ꝑtor. ff. ne qd in flu mi. pu. bar. in. l. pe. i. §. docer. ff. ne quis euȝ q in ius.

vt hoc tex. de quo vltra eos vide Spe. in ti. de reo. §. restat. in v.
fi. ¶ Ultimo not. in ver. quoniã, ꝙ verba cum effectu accipien-
da sunt. facit. l. j. §. fi. vbi. s. ꝙ quisq3 iur. ¶ Capio glo. in verb. in
veritate. quaз diuide in quatuor partes. in prima declarat tex.
in secunda format questionẽ ⁊ respondet. in tertia etiã respon-
det tacite questioni. in quarta per viã no. remouet tacitũ ↄtra-
rium. secunda ibi. Sed nunquid. tertia ibi. Et prout venit. quar
10 ta ibi. Item no. ¶ † Ex secunda ⁊ tertia parte gl. simul iunctis
habes duas conclusiones, quas simul expedio qr veritas vnius
pendet a veritate alteri⁹. Prima est, ꝙ in ista actiõe ex hoc edi-
cto continetur illud ad qđ tenebat reus exemptus. ⁊ sic contine
11 tur debitũ principale. † Secũda conclusio ꝙ solutio eximẽtis,
liberat principalem debitorẽ in eo in quo cõtinet debitũ prin-
cipale. breuiter gl. in vtroq3 male dicit ẽm Jac. but. Bar. Ang.
⁊ Sali. Cy. ⁊ latius Alb. in. l. fi. j. eo. quia cũ ista actio sit mere pe
nalis vt patet in tex. ⁊ dicit gl. met. in. §. fi. in vers. in singulos. et
ibi Alb. no. j. eo. per cõsequens in ea nihil includitur de debito
principali: ergo sequit ꝙ nunquã solutio vnius liberat aliũ. ecõ
tra aũt, si prius esset exactũ debitũ principale tũc solutio hñ pro
desset eximẽti tanquã accessorio. l. stichũ. §. qui dolo. ff. de sol. l.
etiã. §. si quis dolo. ⁊ ibi gl. ff. de pet. here. late Bar. in. l. quoties.
ff. si fa. fur. fe. di. Jason Padue.

1 Actiones ex delictis passiue nunq3 transeũt contra here-
dem delinquentis, nisi lis fuerit contestata cuз defuncto vel nisi
quatenus ad manus heredis peruenerit.
2 Citatum qñ plures exemerunt vno soluente alij non liberant:
vide etiam duas pulchras conclusiones. nu. 3. ⁊ 4.
5 Facultas iurandi in litem, contra violentum eximentem, tran-
sit etiam ad eius heredem.
6 Facultas reuocandi confessionem erroneã cũ cõcedatur per le
gem: ita competit heredi sicut defuncto cum viueret.
7 Juramentũ qñ defertur ex forma statuti. trãsit ad heredeз dũ-
modo heres sit talis qui possit iurare.

1 **Hoc iudicium.** Ad euidẽtiam huius. §. ⁊ eo-
rum q̃ dicunt in gl. † Premit
te ꝙ actiones ex delictis passiue nũq3 transeunt contra heredẽ
delinquentis, nisi lis fuerit cõtestata cũ defuncto, vel nisi quate
nus ad manus heredis peruenerit. l. vnica. C. ne ex delic. defun.
rationem assignat Ang. in. l. eũ. §. qui iniuriarũ. in. j. col. ff. si qs
cau. ⁊ in istis terminis procedit finis huius tex. ibi neq3 auteз in
heredem. Actiue autẽ nunqd ad heredẽ trãseant distingue qr si
dantur ad penam, trãseunt indistincte ad heredes. l. j. ff. de pri-
ua. deli. ⁊. d. §. qui iniuriarũ. si autẽ dantur ad vindictam nunq3
transeunt ad heredes actiue, nisi lis fuerit contestata per defun
ctum, vel nisi intersit heredis. casus est hic ibi heredib⁹ autẽ ita
dabitur si eorũ intersit ⁊c. ⁊ in. l. pretor edixit. §. j. vbi Bart. ff. de
iniur. Dicit aũt cõpetere ad vindictã qñ quis nullum damnuз
pecuniarium passus est, vt est hic in actore calũniante ⁊ patet in
actione iniurie verbalis, illa cõpetit ad vindictã: quãdo vero ex
tali delicto quis est dãnificat⁹ vt patet in furto actio dr compe-
tere ad penã. l. j. ff. de priua. deli. ita declarat gloss. nota. in. l. ij. §.
emancipat⁹ filius. ff. de colla. bo. quã ad hoc reputat sin. Bal. in
l. rei iudicate. §. j. ff. sol. mat. sed est glo. similis in. l. pro herede. §.
fi. in gl. fi. ⁊ ibi Imo. ⁊ Mod. ff. de acqui. her. declarat Bar. in. d.
l. pretor edixit. §. j. ⁊ in. l. j. in scđo euidentiali. C. qñ ciui. ac. crimi.
2 preiu. Imõ. in. l. interdũ. ff. de pub. iudi. ¶ † No. ex isto tex. quan
do plures violenter exemerunt citatũ vno soluente, alij nõ libe-
rantur. l. item mela. §. sed si plures. ff. ad. l. aql. ⁊ hic in gl. in ver-
bo in singulos: quã vide iuncta. l. qui seruũ. cũ gl. ff. de interrog.
ac. similiter oĩbus eximentibus soluentib⁹, non liberatur prin-
cipalis exemptus vt in. l. fi. eo. ti. qr ex diuersis causis tenent. er-
go vnius solutio alios nõ liberat. d. l. qui seruũ. cuз gl. ⁊ per hoc
infert Ang. ad iudicẽ qui inique sententiãdo fecit litem suam, ꝙ
si soluat nõ prodest parti pncipali: qđ limita ⁊ ꝓsequere vt p. d.
Alex. hic. ¶ Gloss. in verbo in veritate. diuidit in. iij. In prima
declarat tex. In scđa ibi sed nunqd format. q. ⁊ disputat ex qua
parte no. duas cõclusiones quas simul expedio: qr vitas vnius
3 pendet ab alia. † Prima cõclusio est ꝙ in ista actiõe in factũ ex
hoc edicto continetur etiã illud ad qđ tenebat reus conuentus
4 principalis ex quo sequit † secunda cõclusio gl. ꝙ solutio eximẽ
tis liberat principalem debitorẽ in eo in quo continet debitum
principale. ⁊ caue dum gl. alleg. l. si pro iure. §. furti. ff. de condit.
furti. illa lex nihil facit. debuit allegare. l. j. C. de condi. fur. breui
ter gl. in vtraq3 cõclusione male loquit ⁊ reprobatur ab omni-
bus hic ⁊ per Cy. ⁊ Alb. in. l. fi. j. eo. qr est cõtra tex. in. d. l. fi. Se-
cundo euidẽti ratione. nam cũ ista actio sit mere penalis in qua
nihil includitur de debito principali: vt melius dixit gl. j. in ver
bo i singulos: quã ad hoc ibi not. Alb. ergo sequit ꝙ solutio exi
mentis nunquam liberat principalem: ecõtra tamẽ, si primo sit
exactus debitor principalis tũc solutio bene ꝓdest eximẽti tã-

Haec gl. expediuit ipse Jason i. §. in eũ aũt. s. ea. l. in vb. Qđ in vitate. sub breuiori tñ verborũ cõpendio: quare meo iudicio hic superflue posita est.

quam accessorio. l. stichum. §. qui dolo. ff. de sol. l. etiam. §. si quis
dolo ⁊ ibi gl. no. ff. de peti. here. quam debuit allegare Bartol.
hic. qui est corruptus de quo plene per Bar. in. l. quot. ff. si fa. fur.
fe. di. ¶ In gl. iij. ibi. item not. hic. pondera diligenter ꝙ gl. per
viam no. remouet contrariũ. ¶ In gl. in ver. intersit. diuidit in
tres. in prima remouet contrariũ. in scđa querit. in tertia ponit
dictũ. scđa ibi. sed cur aliud. tertia ibi. et tunc datur. et est valde
5 sing. ⁊ sepe alleg. ¶ † Not. perpetuo ex ista gl. ꝙ facultas iurãdi
in litem contra violentũ eximentem que cõceditur a. l. principa-
li: trãsit etiam ad eius heredẽ. Et quia cõpetit ad vindictã re-
quiritur ꝙ intersit heredis. ⁊ in hoc ista gl. est singu. ẽm Lu. ro.
in. l. qui bona. §. qui dãni. ff. de dã. infec. ⁊ sic infertur ex ista glos.
ẽm Bal. Ang. ⁊ Pau. de ca. ꝙ q̃uis contra heredẽ dolosi: pu-
ta cõtra heredem tutoris qui nõ confecit inuentariũ non iure-
tur in litem. l. fi. C. de in lit. iur. Bar. in. l. in actionib⁹ in vlt. colũ.
vbi dixi. ff. de in lit. iur. tamen ecõtra transit ad heredes dolum
passi. puto quod ratio diuersitatis sit, quia ista facultas iurandi
ex parte eius cui cõpetit actiue est fauorabilis, ꝙ suo iuramen-
to credatur absq3 alia ꝓbatione. l. semp. §. hoc interdicto, cum
gl. ff. ꝙ vi aut clam: ideo ex eius parte extendit ad heredes eius
actiue vt hac gl. Sed ex parte eius cõtra quẽ potest iurari ⁊ sic
passiue est odiosum ideo restringitur: vt nõ transeat cõtra eius
heredem. d. l. fi. C. de in lit. iur. Ista est doctrina gl. in. l. sed si hac
§. fi. s. de in ius vo. ⁊ in. l. venia. cũ simi. C. eo. ¶ Circa tamẽ con-
clusionem gl. quod facultas iurandi transeat etiam ad heredẽ.
In contrarium quatuor faciunt. Primo. l. generaliter. in prin.
C. de reb. credi. iuncta rõne tex. ibi ⁊ Bal. no. quia alia est fides
defuncti, alia heredis. ⁊ sepe bono ⁊ legali viro succedit ĩfidelis
⁊ improbus. ⁊ tu stringe quia quando ratio est assignata in. l. est
generalis quamuis. l. loquatur in casu speciali: tamẽ generali-
ter intelligit vt no. Bal. ⁊ Barto. in. l. regula. §. sed ⁊ si quis. ff. de
iur. ⁊ fac. igno. Bal. in. c. secundo requiris de app. ¶ Secundo
facit quod no. tenet Bal. in. d. l. ait pretor. in prin. ff. de iureiurã.
ꝙ stante statuto ꝙ de damno dato stetur iuramento dãnũ passi
ista facultas non transit ad eius heredem: mouet per dictam. l.
generaliter. in prin. ⁊ per illud qđ vult gl. in. l. pomponius scri-
bit si frumentum. §. fi. ff. de rei vendi. ꝙ facultas declarãdi libel-
lum obscuruз, que cõpetit actori, per. l. si quis intentione ambi-
gua. ff. de iudi. eo mortuo non trãsit ad eius heredẽ de quo vlti-
8 do deportatus censet seruus, et non pōt esse in iudicio[a] vt dixi in l.pcedenti: sed si quis fideiubeat pro suo seruo vel alio qui non pōt esse in iudicio: fideiussio est nulla.l.ij.§.j.s.eo.l.de die.§ si seruus.j.eo. pter ista, glos.ponit duos intellectus pncipales: s̄m primū intellectū iste text.loquit in fideiussore de iudicio sisti qui nō liberat per mortē naturalē vel ciuilē principalis: eo q fideiussor iam fuit in mora anteq̄ reus moreret: et sic propter morā precedentē, mors non liberat ipsum fideiussorē: et istud idē erat decisum in.l.precedēti in fi. ideo iste intellectus reprobatur per Bar. et do.propter aduersatiuā si vero. que denotat diuersitatē in iure et in facto, prout dixi in.l.pe.s.titu.j. Tu ex alio reprobas, q qd in hoc tex.fideiussor prius fuerit in mora nō dicit in text. et est diuinare. Jmo fortius mora dicit dolus.l.dolus.ff. mandati.l.nō pōt dolo carere.ff.de reg.iur. Jnno. et do. Alex.in.l.si mora.ff.solu.mat. sed in dubio non presumit dolus.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. et facit rō, q dolus dicit delictū: vt not. Bart. in.l.j.in fi.per illū tex.ff.de fideiuſ.tuto. et est melior text. in.l.j.§. nunc tractemus.in ver.plane.ff.de tute. et ra.distra.sed in dubio nunq̄ debet presumi delictū.l.merito.ff.pro soc. et in.l.moneo. et ibi ad hoc not.Bal.C.de ser.expor. Jtem dum gl. intelligit istū tex.in ver.pro ɔdemnato. de condēnato per relegationem male intelligit, q tex.esset superfluus, dum postea subdit aut amisit ciuitatē. ¶Scōa principalis lect.glo.est q iste tex.loquatur
3 in fideiussore de iudicato soluēdo. †Ex hoc intellectu habes, q fideiussio de iudicato soluendo nō extinguit morte naturali vel ciuili rei principalis, sicut extinguit fideiussio de iudicio sisti, vt in.l.precedenti: rationē diuersitatis dic vt hic per Bar. sed iste intellectus licet in se sit verus, nō ɔuenit litere, que dicit q fideiussit pro cōdemnato: sed fideiussor de iudicato soluēdo dicitur proprie qui fideiubet in lite pro futura cōdemnatione, sed sic est q qualitas adiecta verbo, dz intelligi s̄m tēpus verbi cui adijcitur.l.in delictis.§.fi.si extraneus.ff.de noxa. ergo tex.dz intelligi, qñ reus iam erat ɔdēnatus tēpore fideiussionis: ideo tene
4 intellectū Bar. et cōmunē vt.s.dixi. †Jtē aduerte circa glo.ibi: nō in eadē qua ɔuenit. ista gl.innuit s̄m Fulg. et bene quicquid dicant Ang. et Alex.hic: q si esset lata sententia cōdemnatoria super eo super quo reus erat ɔuentus: lz fideiussor prius fuisset in mora sistendi reum principalē: tamen adhuc lata sententia liberat: et isto modo multū extenditur regula.d.l.grece.§.et post litem. Confirmat Fulg.in lectu.antiqua: q sententia subsecuta declarat nihil interfuisse actoris, qd reus prius sisteretur: ideo mora precedens non attenditur. arg.l.si vebēda.§.pe.ff.ad leg.
5 rhod.de iac. ¶†Confirmo per id qd singulariter tenet Ange. in.l.iul.in fi.j.eo. vbi tenet, q in casibus in quibus pōt perueniri ad diffinitiuā absq̄ lit.contest.nō requiritur fideiussio de iudicio sisti: que ideo prestatur, vt possit ad diffinitiuā perueniri. Breuiter teneo ɔ glo. et Fulg.hic, per autoritates et rationes qs dixi in.l.ij.§.fi.s.eo. et ipsemet Fulg.in lectu.noua tenet oppositum: nec est verū fundamentū Fulg. q sufficiat fuisse deuentum ad sententiā: q satisdatio de iudicio sisti datur pro omni actu vt celerius expediatur: nec etiā est verū, dictū Ange. in.d.l.iul. vt dixi.s.in rub. q aľs sequeretur, q fideiussio de iudicio sisti, non duraret nisi vsq̄ ad lit.contest. q lite ɔtest. potest semper deueniri ad diffinitiuā: et tamen est falsum per.d.l.grece.§.et post litē.
6 ¶†Extra gl.inquantum Bar.reprobat cautelam, qua vsus est doctor bononieñ.q pmiserat scholarē representare potestati: et scholaris fugā arripuit: vnde doctor accusauit scholarē de alio delicto: et fecit eū bāniri ex cōtumacia, credēs se liberatū a fideiussione propter bannum: et sic mortem ciuilem principaliter: vt in.l.precedenti. Concludit Bar. q cautela non est bona: ex quo bannum processit ipso procurante: et sic existente in culpa.l.si eū.§.homo.ff.si qs cau.l.stichū aut pāphilū.in fi.pnc.ff.de sol. Jdē tenet Alb. Ang. et Sal.in.l.precedenti. Pau.de cast.in.l.sed et si qs.in prin.ff.si quis cau. et d.Alex.hic: Rapha.ful.reprehendit Bar. q tex.allegatus per Bart.loquit qñ fideiussor iniuste occidit reū quē promisit sistere: sed in questione ista, doctor licite accusauit et fecit ɔdemnari: ergo dz excusari.l.si seruū merentē. in pri.ff.de.verb.obl.l. quid ergo.§.si heres.ff.de lega.i.tñ q p
7 Bar.videt facere regula.l.et q data.ff.ex qui.cau.m.a.† Respondet Fulg. verū esse, q cā affectata et pcurata nō prodest q̄tū ad beneficiū restitutionis in integrū, qd est de iure singulari: secus in ea q cōpetit de iure cōi: cū facilius tollat ius singulare q̄ ius cōmune.l.eius militis.§.militia missus.ff.de test.mil. Tu tenendo Bart. facias regulā generalē, que seruit ad multa, q cā affectata et malitiose procurata q aľs prodesset, nūc nō prodest etiā quo ad remediū de iure cōi cōpetēs. pro ista regula primo facit tex.in.l.spadonē.§.fi.ff.de excu.tut. et in.§.tria onera.in v.nō affectate.insti.eo. ¶Scōo facit tex.in.l.vniuersi.s̄m vnā lec.et ibi Bar.no.C.de leg.lib.x.vbi officia publica vel dignitates publice q aľs pstant immunitatē ab oneribus, tñ si sint procurate, vt tota die fit, nullā immunitatē prestāt: tñ ad oia ista iurq: et ad.d. l.et qui data. potes rñdere, q loquunt qñ immunitas vel exemptio ɔcedit pter aliquod onus: vñ q procurauit tale onus nō eximit: rō, q nō censet onus: ex quo illud affectauit et procurauit: ita proprie loquunt iura preal.q rō cessat in proposito: vñ vt
9 generaliter regula procedat, allega tertio bo. tex.in.l. si seruus pluriū.§.si qs añ.ff.de leg.j.vbi factū qd aľs pdesset de iure cōi:
8 et liberaret, si sit pcuratū nihil prodest. †vñ p illum tex.decidūt Bal.Ang. et Mod. q si delinquēs pcurauit se ɔueniri corā officiali minoris curie: vbi minor pena imponit p delicto: ista preuentio nō patrocinat sibi, qn pcessus ɔ eū factus: postea coram officiali maioris curie valeat et teneat: facit qd vult Joā.an.in.c. fi.de testi.de eo qui accu.aliquē criminaliter: vt postea eū repelleret a testimonio, q istud nihil sibi pdest, sicut nec ei qui dedit alapā alicui: vt postea a testimonio eū repelleret tanq̄ inimicū s̄m Bart.in.l.j.§.cū quis.ff.de questio. Bal.in aut.si dicat in pe. colū.C.de test.sicut nec prodest ei qui expulit famulū de domo, vt possit pro eo testificari s̄m Bar.in.l.j.§.si seruus.ij.ff.de questio. ¶Quarto facit tex.in.l.ij.§.fi.in v.nā si ipse hoc affectauit vel cām pbuit: et ibi Bar. et alij no.ff.si qs cau. ¶Quinto facit, q titulus procuratus nihil prodest ad repellendū agentē ɔ eum, s̄m Barto.in.l. siue aūt.§.si duobus.ff.de pub.dixi in.§.sed iste. insti.de actio. ¶Sexto facit tex.notabilis in.c. qm̄ frequēter.§. porro, vt lite nō cōtest.p quē not. Jnno.in.c.ad petitionē.ad fi. de accu. q qui malitiose procurat ne ad eū citatio perueniat, nō
9 est amplius citandus, etiā ad diffinitiuā sententiā. ¶†Vltimo
b facit, q lz propter negligentiam[b] capituli actus deuoluatur ad episcopum.c.irrefragabili.§.excessus.de offi.ordi. tñ si eps hoc procurauit, ad eū non deuoluitur, s̄m Jnno.et alios.in.d.§.excessus. facit.c.postulastis.in fi.de ɔcesſ.prebē. Per ista media defenditur opi.Bar.tñ pro opi.Ful.cōtra Bar. posset induci tex. in.l.capitis.s̄m intellectū glo. ibi.ff.de fideiuſ.vbi creditor procurauit reū cōdēnari: et tñ durat obligatio fideiussoris: si ergo ibi factū procuratū nō nocet creditori ad obligandū: minus dz nocere factū procuratū ipsi fideiussori, ad liberandū per regulam.l.fauorabiliores.cū simi.ff.de reg.iur. sed responde, q ibi factum procuratū nō tangebat obligationem, nec eam alterabat, prout facit in terminis nostris, vbi bannum procuratū agebat liberare fideiussorem. Jason Padue legens.

[a] ¶Judicio. Adde Bar. in.l.ſꝫ si hac i.§.liberos. ff.de ius vocā.gl.insti.d ca.dimi.i.§. media.doc. in.c.intelleximus.de iudic.

[b] ¶Propter negligētiā. Adde doc.i c.ij.de ɔcesſ. prebē.doc.i c.cum in cūctis.de elec. Card.zab.i cle.j.in.j.no. de cele.miſ.

2 ¶Dictio locuples quid importat.
3 Notorium et sententia equiparantur.
4 Officialis qui inuētum cum armis et dantem idoneum fideiussoⁿ non relagat, tenetur actione iniuriarum.
5 An in criminalibus deponens tantam pecuniam in quantā poterit cōdemnari, debeat pro illo crimine relagari.
6 Jniuria est diffamare aliquem de paupertate, cū sit diues.
7 Jsta nomina sunt synonyma, euidēs, manifestū, et notorium.
8 Triplex est notorium.
9 Que differentia sit inter notorium, et manifestum.
10 Que differentia sit inter euidens et manifestum.
11 Notoria probatione non egent.
12 Licet notorium non debeat probari, tamen debet opponi.
13 Licet notoriū nō egeat probatione veritatis ipsius facti: tamē oportet q cōstet iudici vt iudici ex actis esse notorium.
14 Testes deponentes de notorio nō probant nisi reddant rationem seu causam, etiam non interrogati.
15 Qui fundat se in paupertate seu diuitijs tenet istud probare.
16 Quilibet tenetur probare, qd est fundamentum sue intētionis.
17 Paupertas quomodo probetur.

Qui pro rei.

Habet materiam vtilem et amenam. Qui recusat accipere fideiussorē euidenter idoneum, tenetur actione iniuriarum principali et ipsi fi-
1 deiussori.h.d. †Et exemplifica tex.in eo qui vult dare vnū cāmpsorem cōiter reputatū locupletē pro fideiussore: vt not. gl.in.l. iij.§.fi.ff.de in diem addic. Pōderat etiam tex.cum ministerio dixit locupletem.i.locis plenum et cōsequenter qui possidet immobilia

mobilia, prout requiritur ad hoc vt qs sit idoneus fideiussor, vt
est gl.in.§.suscepto.al's est in.§. sancimus.in aut. de exhib.reis.
dixi in.l.ij.in prin.§.eo.⁊ ita ẽt declarat Albe.hic:⁊ Lud.ro.in.l.
si arbitro.j.eo.tñ rectius dicit locuples qui hʒ loculos plenos.
2 ¶ † In tex.ibi approbatũ fideiussorẽ tex.põt dupliciter intelli-
gi. Primo ꝙ isti fideiussores fuerint approbati ꝑ sententiã in-
terlocutoriã iudicis, ẜm Bal.hic:vel scõo põt loqui in illis qui
approbãt fideiussores:de quibus est tex.in.l.arbi.⁊ in.l.si ab ar-
bitro.j.eod. ⁊ si sint ad hoc deputati:⁊ postea fideiussores nõ re
periant idonei,ipsi tenentur ẜm Ange.et Pau.de ca. hic per.l.
cũ ostendamus.§.fi.ff.de fideius.tuto.al's secus: nisi sint in dolo.
3 l.elegãter.§.fi.cũ.l.seq.ff.de dolo.ẜm Ful.⁊.d.Alex.hic. ¶ † No.
ex tex.ibi euidentissime.iũcto tex.in ver.approbatũ. ẜm primũ
a intellectũ supra relatũ,ꝙ notoriũ,⁊ sñia[a] equiparant. facit.l.em
ptorem.in princ.⁊ ibi glo.ff.de actio.emp.c.fi.cum fi.de cohabi.
cler.⁊ mulie. Et pondera plus,ꝙ notoriũ ⁊ sñia hic equiparant,
nõ solũ quo ad probandũ, sed etiã quo ad producẽdũ effectum
actionis iniuriarũ,quicquid hic dicat Bal.per.l.palam.in prin.
ff.de ritu nup.qõ nota pro limitatione eius qõ vult gl. ⁊ ibi ple-
nius dixi in.l. sed ⁊ si possessori.§.fi.in gl.j.ff.de iureiur.limita ni
si requirat ministeriũ iudicis in ꝓuando:tunc notoriũ ⁊ sñia nõ
equiparant.c.j.in ver.apertã.⁊ ibi notabiliter Bal.qualiter do.
4 proprie.priue. ¶ † Scõo no.ex tex.ibi,nõ est sine iniuria.ꝯ offi-
ciales q inuenti cũ armis nolũt relaxare, ꝑstito idoneo fideius-
sore:nã tenent actione iniuriarũ ẜm Ang.⁊ Fulg.hic: Barto.⁊
Ange.in.l.j.§.si qs in ius voca. Bal.in.l.sed ⁊ is.ff.de in ius vo.
facit etiã iste tex.ẜm Bart.⁊ doct.hic,ꝯ iudices qui tenent eum
in carceribus,q vult idonee satisdare:nã tenet in syndicatu pro
iniuria:qõ intellige,nõ solũ in causis ciuilibus sed etiã in crimi
nalibus:vbi pena pecuniaria venit imponẽda.l.j.ij.⁊.iij.ff.de cu
5 sto.reox. † An aũt in causis criminalibus volẽs deponere tãtã
pecuniã,in quãta poterit ꝯdẽnari debeat pro illo crimine rela-
xari,tangit Barto. in.l.nemo dubitat. ff.de reg.iur.et in.l.statu
liberos.§.si qs acceperit.ff.de statulibe.⁊ nihil decidit. sʒ in.l.j.
ff.de custo.reo.determinat ꝙ nõ:de quo vide Bart.in.l.itẽ libe-
ratur.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.⁊ tex. not.in. l.iiij.§. ait
6 pretor.ff.de re iudi. † Ultimo not.ẜm Ang.⁊ Pau.de ca.ꝙ iniu
b ria est[b] diffamare aliquẽ de paupertate cũ sit diues ⁊ põt agere
actione iniuriarum.facit tex.in.l.si creditores.in fi.ff.de priuile.
7 cred.⁊.l.quisqs.C.ad leg.iuliã maie. ¶ † In gl.in ver. euidẽtis-
sime,habes tres ꝯclusiones. Prima,ꝙ ista tria sunt synonyma:
euidẽs manifestũ ⁊ notoriũ. Scõa qõ aduerbium euidentissime
idem importat quod notoriũ. Tertia ꝯclusio ꝙ notoria proba-
tione nõ indigent. ¶ Circa primã adde ꝙ ꝯtrariũ tenet glo.in
l.ciues.⁊ ibi Bar.ponit.C.de appel.que dicit ꝙ notoriũ non dʒ
c probari sed manifestũ sic:⁊ de ista materia[c] traditur per gloss.⁊
plene doct.in.c.vestra.de coha.cleri.⁊ mulie.cum concor.vt hic
per Alex.⁊ omnino vide glo.ij.q.j.c.manifesta.vbi etiam dicit:
circa princip.glo.ꝙ multi de notorio loquuntur:tamen quid sit
d ignorant:que autem sint crimina[d] notoria ponit Barto.in.l.ab
accusatione.§.nuntiatores.ff.ad turpil.Bald.in.l.cum fratrem.
in.iij.colũ.C.de his quib.vt indig. Tu autem pro intelligentia
8 premitte † quod triplex est notoriũ.[e] Presumptum qñ ius ali-
e quid presumit taliter ꝙ in notorium transeat vt quod natus in
domo vicinis scientibus presumitur filius.ff.de his qui sunt sui
vel alie.iur.l.si vicinis.C.de nup.no.in.c.tertio loco.de proba.⁊
tex.solennis in.l.miles.§.defuncto.ff.de adulte. ¶ Secundo est
notorium iuris.⁊ istud resultat,ex ꝯfessione partis facta in iudi
cio.declarat Imo.in.c.j.de coha.cle.⁊ mulie.eodem modo acta
iudicis faciunt notorium.l.gesta.cum ibi not.C.de re iudi.c.cum
olim.de verb.signi.qõ intellige qñ conclusum est in causa.vt est
glo.not.in.c.significauerant.in ver.libere.⁊ ibi doc.de testi.⁊ de
isto duplici notorio non loquuntur hic. ¶ Tertio est notorium
facti,ꝙ factũ ipsum durat:⁊ de isto notorio facti proprie loquũ-
tur glo.⁊ doct.hic. ¶ Item notorium facti est triplex. Quoddã
est notorium facti permanẽtis,quod durat de presenti, puta qõ
palatium potestatis sit in platea istud est notorium facti perma
nentis:⁊ de isto intellexit Bal.in aut.quod locum. in.vj.q.C.de
colla.dum dicit ꝙ notorium est illud qõ oẽs cõtinuo videre pos
sunt:⁊ idem Bal.vbi multa dicit in.l.cum fratrẽ.C.de his quib.
vt indig.⁊ ibi dicit ꝙ notoriũ est,ꝙ oẽs de sui natura sciunt vel
scire verisimile est:et ideo notorium esse nõ põt, de eo qõ de no-
cte fit:⁊ dicit tex.i.c.fi.de cohabi.cle.⁊ mulie. ꝙ notoriũ est illud
qõ negari sine rubore nõ põt. Quoddã est notorium facti trans-
eũtis,qõ est de preterito puta ꝙ Christus fuerit crucifixus:⁊ di
cit gl.⁊ Bart.in.l.i.C.q ⁊ aduer.quos.qõ esse decurionem seu de
potibus ciuitatis dicit notoriũ. Quoddã est notoriũ facti inter-
pellati,vt qñ aliqs publice mutuat quibuscũqꝫ sub vsuris istud
dicit notoriũ facti interpellati:eo,qꝛ nõ cõtinuo: ⁊ de predictis
hab. ex gl.magistrã.in.c.vestra.de coha.cle.⁊ mulie.⁊ gl.in.c.ma
nifesta.ij.q.j.ponunt doctores in.l.ea quidẽ.C. qui accu. nõ pos. a
9 Cano.in.c.fi.de cohabi.cleri.⁊ mulie. ¶ † His premissis si que-
f ras que differentia sit inter notoriũ ⁊ manifestũ[f] aduerte qõ ma
nifestũ põt capi large ⁊ tunc idẽ importat ꝙ notoriũ:ita loquit
glo.hic:si aũt stricte capias dic ꝙ manifestũ se habeat in minus
ꝙ̃ notoriũ: nã notoriũ dicit illud qõ omnibus vel maiori parti
patet:manifestũ aũt qõ publice factum est.c. tertio loco.de pre-
sump.No.etiã multũ illud qõ vult Cy. in. d.l.ea quidẽ. quod il-
lud qõ probat per decẽ testes dicit notoriũ.sequit Bal.hic et in
10 repe.l.de quibus.in.x.col.ff.de legi. ¶ † Que aũt differentia sit b
inter euidens ⁊ manifestũ:dic vt per gl.in.c.ij.in prin. in ver.ma
nifestũ.de verb.sig.in.vj. Gemi.i.c.forte.de elec.i.vj. ¶ Circa se
cundam ꝯclusionem gl.dic vt notabiliter per Bar.in.l. si ꝯstan
te.in prin.in.j.q.j.par.prin.ff.solu.mat.quem refert ⁊ sequitur.d.
Anto.de bu.in.c.vestra.in.xj.char.de coha.cle.⁊ mulie. et ponit
11 Alex.hic in.j.notabili. ¶ † Circa tertiam cõclusionem ꝙ noto-
ria probatione nõ indigent.adde tex.in.c.manifesta.ij.q.j.⁊ in.c.
euidentia.de accu.⁊ in.l.j.ff.de in integ.restit. Et ista secũda est
bona intelligendo notorium proprie:vt.§.declaraui. Quando
est notũ populo vel maiori parti.nam illud nõ est probandũ iu-
xta gl.⁊ Bar.in.l.j.C.qui ⁊ aduer.quos.habetur in. c.ad nostrã.
el.iij.de iureiu.⁊ in.d.c.vestra. Si autem sit notoriũ in tota vici- c
nia vel parochia aut in maiori parte,tũc illud probari dʒ: ⁊ isto
casu sufficit ꝙ testes deponant super notorio absqꝫ eo qõ super
facto deponant.ita colligit ex gl.⁊ ibi Bald.⁊ plenius Sali.in
l.ea quidem.C.de accu.Bar.in.l.ciues.C.de app.⁊ ad hoc vide
Bal.in rub.C.de proba.in.iiij.col. Manifestũ aũt bene probari
dʒ ⁊ tunc testes debẽt deponere super facto,ẜm Bart.⁊ alios in
d.l.ciues.⁊ ista est veritas.lʒ circa hanc ꝯclusionẽ Alb.hic mul-
12 ta verba effundat. † Et circa istam regulam tria not. Primo, d
ꝙ lʒ notoriũ non debeat probari vt hic:tñ debet opponi ⁊ alle-
gari.gl.est reputata singu.in cle.appellãti.de app. Bal.in.l.j.in
vlt.col.ff.de excep.Bal.in.l.j.in.ij.col.C.qũo ⁊ qñ iud. ¶ Cõtra-
rium tenẽt gl.in.c.ij.in gl.j.vt lite nõ ꝯtest.sed illa glo. cõiter re-
probat ꝑ doc.ibi.⁊ pro prima tu allega tex.optimum in.l.si quis
ex aliena. in fi.ff.de iudi.iuncta.l.ij.§. oẽs.eo.tit.accedãt qõ no.
pulchre Bart. ⁊ q̃ ibi dixi in.l.cũ quid. in fi.col. in prin. ff.si cert. e
peta. Limita tñ singulariter nõ habere locũ in notorio:locũ nõ
esse tutũ ad cõparendũ qꝛ illud notoriũ etiã allegari non dʒ:ita
not. Inno.in.c.preterea.de dila.et ibi do. Anto. Imo. Panor.
13 Scõo aduerte † ꝙ lʒ notoriũ nõ egeat[g] ꝓbatiõe veritatis ipsi9
g facti:tñ oportet ꝙ ꝯstet iudici vt iudici ex actis esse notoriũ nec
sufficit ꝙ fuit allegatũ esse notorium:ita tenet Cy.in.d.l.ea qui-
dem.in.ij.q.⁊ ibi Bal.in penulti.char.in v.item quero an sit ne-
cesse notoriũ probari:vt clare Bald.in aut.qui semel. in.ij.⁊.iiij.
col.C.qũo ⁊ qñ iud.Ang.in.l.j.C.qui ⁊ aduersus quos.d.Alex.
in ꝯñ.cix.in.iiij.volu.incip.viso processu cause vertẽtis inter do
14 minã Luciã.vbi dicit,ꝙ ita se hʒ cõmunis opinio. ¶ † Tertio
b aduerte,quod testes deponentes[b] super notorio, non probant,
nisi reddant rationem seu causam,etiã non interrogati ẜm do.
Abb.in.c.consuluit.el.j.de appella.sicut etiã quando deponunt f
super fama ẜm Ang.in repeti.d.l. ea quidem.in.iiij.colũ. domi.
Abb.in.c.cum causa inter archiepiscopum.in.ij.col.de testi.Lu
do.in.l.j.in princip.ff.de oper.no.nuntia.d.Alex.in consi.xxv.in
iiij.volu.incip.in causa vertente inter Anto.in.ij.col. ⁊ in.d.con
sil.cix. ¶ Capio gloss.in verbo dubitetur. quam diuide in qua-
tuor partes,prout timore contrarij.glo.ponit quatuor solutio-
15 nes:tene vltimam que vera est. † Ex tertia diligenter no. quod
ille qui fundat se in paupertate vel in diuitijs,tenetur illud pro-
bare:⁊ facit,quia quilibet tenetur probare quod est fundamen-
tum sue intẽtionis per regulã. l.ei qui.ff. de proba. ⁊ dato quod
in dubio qs presumatur idoneus.l. cũ quidã.ff. de lega. ij.istud g
est verũ ẜm hanc glo.quo ad mores:secus quo ad facultates:vt
hac glo.no.circa quam Albe.hic multa scribit:⁊ ad hoc ista gl.
non reperitur melius alibi ẜm Ang.Pau.de cast.⁊ alios hic:⁊
ad hoc ista gl.est singu.⁊ melior de corpore iuris ẜm Bald. in.l.
iiij.C.quando fisc.vel priua.eam etiam reputat singularẽ Bal.
in.c.fina.in.j.colum.de presump.facit quia ei qui dicit beneficiũ
esse tenue vel redditus esse diminutos, incumbit onus proban-
di.tex.est formalis in.§.sinautem fortuita. in aut. de equa.dotis
ibi.⁊ probetur aperte fortuita diminutio quam ad hoc allegat
Ange.in consil.cclxx. incip. Bonifacius.in vlti. colũ. Idem te-
net Cald.in titu.de proba.consi.x.d.Cardi.in.c.fina.in.ij.col.de
16 presump. † Sed aduerte quia cõtra istam glo.videtur refraga-
ri illud quod vult Barto.in fi. qõ paupertas probetur per mo-
dum quem tradit gl.in.l.cum de lege.ff.de proba. Dico titium b
habere.x.in bonis,⁊ nõ plus,⁊ sic esse pauperem qui vult dicere
cõtrarium ostendat.nã si consideras,iste q fundat se in pauper-
tate, effectualiter eum nõ probaret,sed transferet onus proban
di in aduersariũ,vñ de veritate illius glo. dic vt dixi post Bart.

a ¶ Sẽtẽtia. Adde Bar. i.l.is cui bonis.ff.de vb. obli.bal.i.l. j.C.de cur. fur.bal.in.l. ea quidẽ.C. de accu.

b ¶ Qõ iniuria est.adde Cy.i.l.si nõ ꝯuicij.i.vij. q.C.de in. bar.i.l.iniuriarũ.i.§.si qs.ff.de iureiu. Hosti. in sum.ti.de iniur.do.in ru.de iniur.

c ¶ Et de ista materia.adde doc.in.l. heredes palã.ff.de test. doct.in aut. qui semel.C. qũo ⁊ qñ iu.

d ¶ Crimina. Adde doc. i.c.at si cle. de iud.in.c. tue.de pe.i c.qualiter ⁊ qñ.c.ij.d ac.

e ¶ Triplex est notoriũ. Adde Ioã. an.in.c.dudũ.de elect. arch.i.c.de manifesta. ij.q.j.doc.in cap.ro.in.§. sinautẽ. de app.lib.vj. Abb.i.c.vestra.d coha. cle.⁊ mulie.

f ¶ Manifestum. Adde Spec.in tit. de noto.cri. in.§.sequit d manifeste. doc.in.c.tertio loco.de ꝓba.doc.in c.vr̃a.de coba.cle.⁊ mu.

g ¶ Notoriũ nõ egeat.adde glo.i vb. receperint.i c.bone.el.j. de elec.glos. i.c.sup eo de testi.co.gl.⁊ doc.in.c.ad nostram.de iureiur. Archi.i.c.que lothari9.ij. q.j.

b ¶ Deponẽtes.add d.d scto gemi. c.j.i.vij.col d of.dl.li.vj


in.l.fi.§.licētia.C.de iure delib.vbi Bart.not.esse ibi tex.pro illa gl.Et qualiter probatur paupertas gl.multū variant: vt p Bart. hic:et plenius in repe.l.fi constante.in.ij.q.prime partis princip.ff. solu.matrimo. Canoniste in.c.fina.de solu.dicam in aut.prete rea.C.vnde vir et vxor.

1 ¶ Non intelligitur cautū vel satisdatū, qn̄ vitiose cautum est.
2 Qn̄ satisdatio nō est idonea solū pp̄ter defectū facultatū: tunc si scienter sit recepta,sibi preiudicat:secus si ignoranter.
3 Paria sunt aliquid non esse factum vel non idonee.
4 Paria sunt vxori non habere maritum vel habere inutilem.


1 Quoties. † Non intelligitur cautū vel satisdatū qn̄ vitiose cautū est vt hic: et l.j.vbi dixi.ff.si quis in ius voc.nō ie.et itelligitur vitiose cautū siue ex defectu facultatū: vt.l.proxi.et.l.ij.in prin.§.eo.siue qa fideiussor habeat priuilegiū fori: vt in.l.seq.et in.l.j.ff.si quis in ius voc.non ierit.siue quia sit in loco munitissimo ad quē non sit facilis accessus.iuxta gl.in.l.ij.in princi.§.eo. et istis omnibus casibus est ex integro satisdandū, vt dicit glos. secus tñ est in satisdatione que prestatur ex conuentiōe partium, qr si non sit idonea non potest peti vt denuo satisdet sed agitur ad interesse.tex.est in.l.si quis stipulatus sit stichum.§.fi.ḃm verum intellectum.ff.de verb.oblig.ḃm Bar.in.l.iij.ff.de fideius.et
2 Ang.et Pau.de cast.hic. † Itē scias φ quādo satisdatio nō est idonea solum propter defectum facultatū.tunc si scienter sit recepta,recipiens sibi preiudicat:secus si ignoranter: sed qn̄ non est idonea propter defectum obligationis, qr iste erat talis qui non poterat se obligare:tunc non facta differentia scientie vel ignorātie denuo est satisdandū.l.iij.ff.de fideius.qr tunc non dicitur satisdatū: ex quo noua persona effectualiter obligationi non accessit ḃm Ang.et Pau.de cast.hic:et vide circa hoc Bal.
3 hic:late opponentē et distinguentē. ¶ † Nota quod paria sunt aliquid nō esse factū,vel nō idonee.facit tex.notabilis in.l.nulla ff.de auto.tuto.et l.quis.§.si conuenerit.vbi Bart.not.ff.ad vell. et in.l.non putauit.§.nō queuis.ff.de contrahē.Item nihil et inualidum,equiparantur.l.si aut nullum.et ibi Bal.notat.C.de leg. here.Similiter paria sunt nolle comparere vel minus legitime comparere.c.nicolao.et ibi notat Bald.de appel. Similiter paria sunt nō esse vel esse inutilem.l.j.§.quibus.vbi concor.alleg.
4 ff.qd̄ cuiusqȝ vniuer. † sicut paria sunt vxori, nō habere maritū, vel habere inutilem.gl.in.l.fi.C.ad le.flaui.de plagia. queadmodum paria sunt, ecclesiam non habere prelatum vel habere inutilem.c.inter corporalia.de transla.episco.Item paria sunt nō adire,vel nulliter adire seu via incōpetenti.l.ij.et ibi Sal.Fui.et alij ad hoc notant.C.de suc.edi.l.fi.ff.de libe.et posthu.et.l. filius emancipatus.ff.de colla.dotis.Itē paria sunt vel φ nulla causa exprimatur,vel friuola q̄ habet pro nulla.gl.in.l.j.in prin.in gl. magna.in versi.hactenus.circa prin.et ibi Bal.ad hoc not.ff.de ope.no.nuntia. Iason Padue.

a ¶ Illud dicimur posse adde gl. in c.faciat homo.xxij.q.ij.gl.in.c.sciscitatus.de rescrip.

1 ¶ Qui hȝ priuilegiū fori nō est idoneus fideiussor,nisi in subsidium et cum renuntiatione priuilegij.
2 Ubi requiritur renuntiatio specialis, protestatio facta presenti et tacenti,hȝ vim specialis renuntiationis:vide pulchrā cautelam ad excludendam declinatoriam.nu.3.
4 Is q̄ dȝ p̄stare fideiussorē dȝ eū p̄sonaliter exhibere: et nisi opponatur ei de inhabilitate fideiussoris,nihil dȝ vltra facere.


1 Si fideiussor. † Qui habet priuilegiū fori nō est idoneus fideiussor nisi in subsidiū et cū renūtiatione priuilegij.h.d.Et per istā.l.sic necessario limitatur.l.j.ff.si quis in ius vo.non ie.in fi.que al's a cōtrario sensu ineuitabiliter obstaret:et ita declarat Spec.vbi practicā istius.l.ponit notabiliter in tit. de satisda.§.dicto.ver.sed pone φ scholaris.dixi in.l.j.§.si qs in
2 ius voc.non ie. ¶ No.ex ista.l.iuncta.d.l.j.φ vbi requiritur specialis renūtiatio, protestatio facta presenti et tacenti,hȝ vim specialis renuntiationis:qd̄ procedit quātum ad tollendū priuilegium: ita loquitur iste tex.qr p̄uilegiū de facili perditur.l. eius militis.§. militie.ff.de test.mil.al's protestatio facta p̄nti et tacenti nō sufficit,quo ad inducēdā obligationē,vel ad tollendū ius cōe.glo. in.l.fi.§.itē si predixerit.et ibi Bar.ff.nau.cau.stab.Bart.in.l.nō solū.§.morte.in.vj.col.ff.de ope.no.nunti.quē simpliciter refert Alex.hic.Cano.precipue Imo.in.c.cum. M.ferrarieñ.de cōsti.
3 † Item per istum tex.cum glo.d.Barthō.vero.in cautela.clxxj. tradit cautelam ad excludendum declinatoriā fori:qd̄ interrogatur aduersarius si vult litigare, vel soluere et si respōdeat qd̄ vult litigare,perdit declinatoriā fori:sed iste tex.parum facit qr expresse fuit dictum,φ nō vtatur declinatoria fori.vnde melius facit tex.in.c.j.cum gl.de iudi.et ibi do.Anto.in.vj.not. et alij Ca
4 no.dixi in.l.si conuenerit.§.de iurisdi.om.iud. ¶ † Ultimo circa id qd̄ dicit Bart.de eo qui debet fideiussorem prestare, φ dȝ eū p̄sonaliter exhibere et nisi ei opponatur de ihabilitate fideiussoris nihil dȝ vltra facere.Adde plenius Bar.in.l.de pupillo.§.si quis paratus.et ibi notabiliter Ang.et Imo.ff.de no.ope.nun. Bar.in.l.creditor.ff.de distrac.pign. Iason Padue.

1 ¶ Fideiussorē promittēs intelligitur de illa ciuitate:et de hominibus illius ciuitatis.et nu.2.3.7.8.
4 Testis deponens super fama si dicat φ audiuit a maiori parte populi probat.
5 Testium dicta sunt interpretanda ad bonum intellectum et nō calumnianda.
6 Posse illud dicimur qd̄ facile et cōmode possumus.
7 Ciuitas illa in qua datur fideiussor si sit eiusdē prouincie sȝ sit sub diuerso principe an admittatur fideiussor.
9 Subuenitur magis ei qui ex necessitate facit, q̄ ei qui ex voluntate facit.
10 Seruus et bannitus equiparātur ad se defendendum.

Si necessaria. Qui de iure arctatur ad satisdandum,si nō potest satisdare,remittitur ad aliū locū eiusdē prouincie:secus qn̄ volūtarie seipm̄ arctauit.h.d. ¶ † No.ex isto tex.ḃm Bart.Ang.et oēs Mod.φ
1 promittit fideiussorē, intelligitur de illa ciuitate et de hominibus illius ciuitatis: qd̄ Bart.reputat tenendū menti:sed caue qr de hominibus eiusdē ciuitatis,non probatur in hoc tex.et propterea Bar.cū mysterio alternatiue locutus est:et Bal.expresse intelligit de ciue vel forense,qui sit idoneus:nō enim qr forensis repellitur,si sit idoneus:et ita dicit velle Bart.hic. † Et per ista dicit
2 Alex.se al's respondisse,cū aliquis vendidisset domū sitā Bononie,et promisisset pretium conuertere in emp.prediorū:pro securitate euictionis domus,postea volebat emere p̄dia in alio territorio nō bono.dixit φ nō poterat,qr ita actū intelligebatur per
3 istud no.Bar.et doc.et vide qd̄ infra dicā. ¶ † Circa illud qd̄ dicit Bar.de hominibus eiusdē ciuitatis:adde qd̄ vult Bal.in.c. ex parte ade.in.ij.col.per gl.ibi:de testi. Stante statuto φ quilibet possit accusare.intelligitur quilibet de illo populo statuentiū,
4 non aūt de populo extraneo. † Itē adde quod vult Bald. in.c. preterea de testibus.per illum text.in ver.fama vicinie. quod si testis deponens super fama,dicat quod audiuit a maiori parte populi probat:quāuis nō dicat cuius populi,nam intelligitur de populo illius ciuitatis,per illum tex.presertim secundū eū:quia dicta testiū non sunt cauillanda vel calūnianda.Contrarium tenet Bart.in.l.de minore.§.tormenta.in.iiij.col.ff.de questioni. qr dictū talis testis,est ambiguum,et de necessitate nō concludit et propterea sis cautus ḃm Bart.φ dicatur a maiori parte populi il-
5 lius ciuitatis: † mihi plus placet opi.Bal.contra Bart.qr verba talis testis debēt intelligi ḃm subiectā materiā.l.si vno.§.j.ff.locati. Item dicta testiū sunt interpretanda ad bonū intellectū et non calumnianda ḃm Bal.in.c.causaȝ que.in vlt.col.de rescrip. Item dicta testium nō recipiunt interpretationem extraneam nec ceruotinam nec transgredientē terminos suos, ḃm Bal.in c.j.in.vij.col.de consti. Item qr vt dixi dicta testiū non sunt calumnianda sed adiuuanda,prout etiam dicit Bal.in.l.de qbus. in vlt.col.ff.de legi.et in.c.cum dilectus.in pe.col.in fi.de cōsuetu.
6 ¶ † Scd̄o no.ex tex.ibi:et non facile possit.Illud vulgatū.qd̄ il-
a lud dicimur posse[a] qd̄ facile et commode possumus. facit text.in
7 l.nepos proculo.et ibi Bar.ad hoc no.ff.de verb.si. ¶ † Tertio pondera tex.ibi:si in alia eiusdem prouincie ciuitate:super quo cadit nouum dubium:φ si illa ciuitas sit eiusdem prouincie sed sit sub diuerso principe an procedat iste tex. dubiū facit, qr tunc quelibet ciuitas censetur prouincia de per se. gl. est et ibi docto. in fi.in princip. C.de prescrip.lon.temp. et illam glo.no.Bart.in l.fi.C.de metro.berito.li.xj. et in extrauaganti qui sint rebelles. in ver.lombardie.Contrariū cōsuluit.d. Alexā.hic:in cōsi.lvij. in ver.lombardie.Contrariū cōsuluit.d.Alexā.hic:in cōsi.lvij. in.iij.vol.quod incipit ponderatis verbis testamēti dicti Ioā. in.ij.colū.ad fi.et sequenti.vbi ad hoc optime ponderat verba Bart.in.l.sciendum.§.j.§.eo.vbi Bart.vult expresse quod sufficiat prestari fideiussorem in prouincia propinqua:in qua tamen possit faciliter conueniri: quia ibi non sit multum poter.s. Ad idem ponderat Bar.in.l.de die.§.tutor.§.e.vbi Bart.intelligit istum text.ibi si in alia eiusdem prouincie ciuitate pro loco non multum distanti.facit optime quod vult glo.not.in.c.coram.de elec.quam notabiliter sequitur Bar.in extrauagā. qui sint reb.
8 in verbo lombardie.circa fi. † et si est vera ista cōsultatio.d.Alex. cōsidera si potes elicere pulchram limitationem ad illud quod dixit Alexan. se respondisse de venditore domus, qui pretium debet conuertere in emptionem prediorū,φ illa predia debent emi in territorio domus: nam ḃm hanc cōsultationem videtur φ sufficiat in alia ciuitate dummodo non remota, etiā si sub diuerso p̄ncipe,nisi dicas φ aliud sit in fideiussore in qua permittitur remissio ad alium locū,qn̄ in loco iudicij non inuenitur, qd̄ non cadit in emptione prediorum nisi argueretur magna difficultas emptionis in illo loco.Puto cōtrarium per istum tex.requirentem

quirentem q̃ illa alia ciuitas sit eiusdē puincie, put et est tex. in l. de die. §. tutor. cum seq. ī. e. sed ex quo iste ciuitates sunt sub diuersis pncipibus censent̃ diuerse prouincie vt dixi: ergo iste tex. locū nō h3. Itē cōsidero que potuerit esse ratio huius tex. conditionaliter requirētis q̃ illa alia ciuitas sit sub eadē puincia, q2 tota puincia erat sub vno pside. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. presi. ad denotandū, q̃ ille q nō est sub iurisdictiōe illius iudicis, vbi est dādus fideiussor, nō est idoneus fideiussor, maxime qñ saltem nec sub illo iudice nec sub magistratu illius territorij cōueniri nō pōt. arg. d. l. j. ff. si qs in ius vo. nō ie. sed ista rō militat qñ sunt ciuitates site sub diuersis principib9, l3 ppinque, q2 nec mediate nec immediate iurisdictio vnius h3 vim in alia ciuitate: ꝛ p hoc apparet nō obstare glo. in. d. l. corā. q2 nō loquit̃ in actu cōtentiose iurisdictionis: ꝛ ita in terminis tenet Ang. ꝛ Rapha. Ful. in. d. l. de die. §. tutor. ꝛ ibidē expsse do. Alex. sibi cōtrius. Nec obstāt allegata in cōtrium: q2 pōdera q̃ Bart. in dictis locis
9 nō loquit̃ qñ sunt sub diuersis principibus. ¶ † Quarto no. regulam q̃ magis subuenit̃ ei q ex necessitate facit actum, q̃ ei q ex volūtate facit. l. qd si minor. §. restitutio. ff. de mino. ꝛ. l. cū po-
10 stulassem. in fi. ff. de dā. infec. † Et ideo facit ̄sm Bar. ad declarationē regule, q̃ seruus ꝛ bānitus equiparant̃ ad se defendēdū. l. seruus. C. de accu. ꝛ idē in excōicato. c. cū inter. ꝛ. c. cum venerabilis. de excep. nam ista iura intelligunt̃ in defensione necessaria vt hic p eū ꝛ per doc. in. l. libertus a patrono. per illū tex. ff. de in ius voc. ꝛ in. l. de pupillo. §. j. de ope. no. nū. Flo. in. l. s3 ꝛ si hac. §. libertus. ff. de in ius voc. facit quod not. Bar. in extrauaganti qui sunt rebelles: in verb. mille librarū. ¶ † Ultimo no. ex hoc tex. limitationem ad gl. in. l. j. in gl. magna in fi. ̄s. eo. vt ibi dixi ꝛ no. Pau. de cast. hic. Jason Padue.

1 ¶ Transeūtes cū equis alienis vel alijs rebus, dñi recognoscentes possunt per officium iudicis facere sequestrari tales res penes hospitatorem.
2 Sequester quid sit: vñ dicatur ꝛ quid differat a depositario.
3 Sequestrum recipere quis inuitus cogitur.
4 Sequestrum aūt qui voluntarie accepit, non pōt propria autoritate relaxare, nisi ex iusta causa.
5 Sequestrū si qs ex mādato iudicis restituat, statim est liberat9.
6 Sequestrū si fiat penes personā ecclesiasticā iudex secularis potest ei precipere quod illud restituat.
7 Sequestrum cadit pro re mobili.
8 Sequestrum quāuis non cadat in rebus immobilibus: tñ potest interdici alienatio.
9 Sequestrum ad hoc vt fiat, requiritur cause cognitio, p quam appareat de suspicione fuge.
10 In oibus casibus in qbus reqrit̃ citatio vel partis psentia pōt semper procedi absq3 citatione si periculū sit de fuga.
11 Qualiter probabit̃ reū esse suspectū de fuga, ad hoc vt possit sequestrum concedi.
12 Sequestrū nō valet, nec potest fieri, nisi de debito principali constet, per publicum instrumentum.
13 Salarium publicū quod datur militibus: vel doctoribus legentibus, an possit sequestrari.
14 Sequestrū ad hoc vt fieri possit, q̄ probatio requirat̃: vide etiā de lectura que falso Bartolo attribuitur. nu. 15.
16 Pecunia vel alie res deposite, non pñt sequestrari: neq3 pensiones domorum: neq3 salaria publica.
17 Satisdatione prestita tollitur sequestrum.
18 Satisdare si pars non potest ad reuocandū sequestrum, an sufficiat iuratoria cautio.
19 Sequestrum sicut potest fieri in honorem dei, quādo est suspicio fuge, prout etiam captura persone: ita sequestrū factum potest die feriata reuocari.
20 Satisdatio de re sequestrata restituēda, nō durat nisi triennio.
21 Sequestrum finitur quando lis est finita.
22 Instantia an sit perpetua, de iure canonico.
23 Sequestrum non durat, in causa appellationis.
24 Lis finem accipit, quando res datur ei qui vicerit.
25 Suspectus quis redditur propter quatuor.
26 Conuentus ad rem mobilem, per hoc solū qñ nō possideat immobilia, an reddatur suspectus.
27 Sequestratio regulariter est phibita, nisi in sex casibus in glossa enumeratis.
28 Descriptio ꝛ inuētariū bonoꝝ, semper admittitur in omnibus casibus, in quibus est prohibita sequestratio.
29 Judex potest precipere ratione cōtumacie vel alterius iuste cause, qd ostia domus alicuius claudantur ꝛ sigillentur.
30 Reus licet possit sequestrari, tñ reus debet habere fructus rei sequestrate pro expensis fiendis in lite.
31 Sequestratio: descriptio: ꝛ inhibitio de alienādo, quō differūt.
32 Tertio ꝛ an remissiue qñ admittat̃ ad faciēdū reuocari seqstrū.

Si satisdatum.

Iste. §. erit not. pter materiā sequestri que est vtilis ꝛ quotidiana. h. d. Quādo cōuentus pro re mobili est suspectus, debet illa res sequestrari quousq3 satisdetur, vel lis finē accipiat. h. d.
1 † Et facit iste. §. ̄sm Ang. ꝛ Pau. de ca. contra transeuntes, puta per hanc ciuitatē cū equis alienis vel alijs rebus: nā domini recognoscentes, possunt per officium iudicis facere sequestrari tales res penes hospitatorem: q2 sunt suspecti, quasi semper habeant pedē in stipēdio. ar. not. in. l. heres absens. ff. de iudi. ꝛ tūc si tales persone volunt releuare sequestrū, debēt satisdare de iudicio sisti, ꝛ de re non baratanda, vt dicit glo. fina. ī. eo. §. nō credas tñ q̃ ibidem possint cōueniri, nisi sortiantur ibi forum rōne contractus vel aliter. gl. est in. l. fi. ꝛ ibi Bar. C. vbi in rem actio.
2 Canoniste in. c. fi. de foro compe. ¶ † In text. ibi: apud officiū. glos. exponit. i. apud officiales: ꝛ talis officialis appellet̃ sequester: ꝛ quid sit sequester: vnde dicatur: ꝛ quid differat a depositario: habes tex. in. l. l3. in princ. ꝛ in. l. proprie. ꝛ in. l. ei apud quem. §. fi. ff. depositi. ꝛ in. l. sequester. ff. de ver. signi. glo. in. l. vnica. ꝛ ibi Bal. C. de prohi. sequest. pecu. Aliter intelligit Rapha. Fulg. istum tex. apud officium scilicet suū: ꝛ sic penes ipsummet iudicem coram quo litigatur, ꝛ refert q̃ non multis retro temporibus fuit de facto cōsultus ex ciuitate feltrensi, an valeret sequestrum qd iudex fecit fieri penes ipsummet, ꝛ dicit quod non fuit ausus consulere: q2 pro illa parte quod depositū non valeat, dicit videri tex. in. l. si tibi mandauero. §. si tibi dedero. ff. mandati. ꝛ arg. l. plane. ff. qd cuiusq3 vniuer. pro alia parte dicit, se ponderasse tex. hic intelligendo verbū apud officium. i. apud ipsum iudicē: tñ dicit Fulg. q̃ glo. ꝛ doct. exponūt apud tertium, qui sequester appellatur: ꝛ propter hoc noluit respondere. Tu dic q̃ de hoc est glo. ordi. in. l. senatusconsulto. §. fi. in glo. fi. in versi. deponatur. ff. de offi. presi. quod potest fieri, vel penes iudicem vel penes alium. facit text. in. l. acceptam. C. de vsucap. ꝛ ita tenent
3 Bal. Ludo. ro. ꝛ. d. Alex. hic. ¶ † No. ex isto tex. in ꝟ. apud officium retenta expositione glo. i. apud officiales. hic videri tex. q̃ sequester dicat̃ officialis publicus, ad mandatum iudicis cogit̃ quis inuitus recipere sequestrum: q2 ista est natura officij publici. l. munerū. §. iudicandi. ff. de mune. ꝛ ho. Contrarium ꝛ melius tenet Ang. ꝛ Pau. de cast. per tex. in. l. fi. circa mediū. C. de bo. aut. iudi. pos. eo q2 large dicit̃ ꝛ improprie officiū: idem tenet Bar. in. l. litibus. in vlt. col. C. de agri. ꝛ cēsi. lib. xj. patet q2 sequester obligatur ex quasi cōtractu. vnde tenetur actiōe prescriptis verbis. l. si oleum. in prin. ꝛ ibi Bar. not. ff. de dolo. sed nemo inuitus cogitur cōtrahere vel quasi contrahere. l. nec emere. C. de
4 iure delibe. † postq3 aūt voluntarie accepit, nō pōt propria autoritate relaxare, nisi ex iusta causa. text. est no. in. l. ei apud quē.
5 §. fi. ff. depos. circa quē tex. vide Bal. in rub. C. qd cū eo, ad fi. † si tñ sequester mandato iudicis restituat, statim est liberatus. tex. est in. d. l. fi. §. pe. in ver. per suā aūt interlocutionem. C. de bo. au-
6 to. iudi. pos. ꝛ ibidem † est tex. not. ad aliud qd si sequestrum fiat penes personam ecclesiasticā q̃ iudex secularis potest illi precipere quod illud restituat: vnde per illum tex. dicit Bald. hic in lec. antiqua q̃ si iudex fecit fieri sequestrum seu deponi apud sacristā fratrum q̃ l3 sit iudex secularis tamen mandabit sequestrum reddi ad quem spectat. Adde qd not. Bal. in. d. l. acceptā. in. j. col. in fi. C. de vsur. per illū text. in ver. sacratissima sedes. q̃ si clericus sit depositarius, pōt cogi ad restitutionem depositi officio iudicis secularis, q2 non proceditur proprie cōtra eū per modum iudicij, sed executiue in consequentiā officij suspecti. ¶ Nota predicta per que datur magna limitatio ad iura canonica. s. ad. c. nullus. ꝛ ad. c. si diligenti. de foro cōpe. ꝛ auth. statuimus. C.
7 de episco. ꝛ cleri. ¶ † Secūdo nota ibi pro re mobili [a] cadit se-
a questrum: secus est in re immobili: bene tñ possunt sequestrari fructus, etiā pēdentes l3 dicant̃ pars soli. l. j. §. fi. ꝛ ibi Bar. ff. de
8 requi. reis. ꝛ qd vult Bart. in. l. imperatores. §. fi. ff. de ap. † Itē ī rebus immobilibus q̄uis nō cadat sequestrū: tñ pōt interdici alienatio. text. est in. l. de pollicitationib9. ꝛ ibi Bar. ad h no. ff. de pollicit. ꝛ illū tex. ad hoc reputat sing. Bal. in. l. p diuersas. in ix. q. cū simi. C. mādati. facit. l. diuus. in prin. ff. de peti. here. ꝛ. l. si creditores. circa fi. prin. ff. de priui. credi. ꝛ tenēt Alb. ꝛ Bal. hic.
9 ¶ † Tertio no. ex text. ibi: psona suspecta. iuncto tex. ibi: si hoc iudici sederit. ̄sm Bal. qd ad hoc vt fiat sequestrū, requiritur q̃ precedat cause cognitio, p quā appareat de suspectiōe fuge: dicit tñ not. Bal. hic, q̃ in tali cause cognitiōe nō est pars citanda si timeatur de fuga ne fuga instruatur eo quia contra fugitiuos vel susceptos de fuga proceditur de facto iuris ordine nō seruato: patet quia proceditur etiā die feriata in honorem dei. vt est glos. singula. in. l. fina. cum simi. C. de ferijs. Et in istis terminis quādo timetur de fuga. Bald. bene dicit: ꝛ idem tenet do. Abb. in. c. iij. ad fi. de seqst. pos. ꝛ fruc. d. Alex. hic: ꝛ in similib9 Bal. in l. consentaneum. in. iiij. col. C. quō ꝛ quādo iudex. ꝛ in. l. credito-

a ¶ Pro re mobili. Adde doc. in. l. fin. C. vbi in rem actio. do. in. c. qm̄ cōtra. de proba.

a ¶ Casibus. add do. c. i. c. a inter quatuor, de ma. et obe.

10 ri. scđa. ff. si cer. pe. † Et facit q̃a in omnibus casibus [a] in quibus
requirit citatio vel presentia partis, pōt semp̄ procedi absq; ci-
tatiōe, si periculū sit de fuga ẽm Inno. in c. significauit. de testi.
vbi aūt non esset timor fuge, non valet sequestrum factū absq;
citatione partis, quia est species cuiusdā executionis: ⁊ q̄ pars
potest ledi, ideo dʒ citari. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. ⁊ l. nam ita
diuus. ff. de adop. ⁊ ita tenet Ang. de are. in d. l. imperatores. §.
fi. in iij. col. d. Car. in cle. j. in prin. i. xxij. ⁊ xxv. q. de seqst. pos. ⁊ fru.
d. Alexan. in cōsil. vj. in iiij. volu. qđ incipit ponderatis his que
in suprascripto themate narrantur. in vlt. col. Idem voluit Ar
chi. xj. q. j. in c. quia res. circa pe. col. dū allegat. l. fi. C. si per vim.
cuius verba reassumit Io. and. in regula locupletati. in mercu.
11 in antepe. colū. † Qualiter autem probabitur reum esse de fuga
suspectum, ad hoc vt possit sequestrū concedi, videtur q̄ per so-
lum iuramentum, cum tractetur de modico preiudicio. l. thesau
rus. ff. ad exhi. ita tenet Sali. in l. vnica. C. de probi. sequest. pe-
cu. et Ludo. ro. hic: sicut qñ agitur de captura persone, suspicio
fuge per solum iuramentum probatur ẽm Imo. in l. ij. §. fin. ff.
sol. matrimo. Ange. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x.
Breuiter veritas est, q̄ iuramentū non sufficit, sed debet aliter
fides fieri iudici, ⁊ etiam qñ proceditur ad capturam ẽm Bald.
Ang. ⁊ Moder. in l. apertissimi. vbi dixi. C. de iud. Ang. Imo. ⁊
Moder. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dā. infec. Bal. etiā vbi
late Moder. in l. ij. §. fi. vbi videas. ff. solu. matri. Bal. in l. credi-
tor. ij. ff. si cer. pe. Ang. in l. si ab arbitro. §. eo. Pau. de cast. in cō-
sil. xl. qđ incipit pro pleniori. cum alijs concor. que traduntur in
12 d. l. ij. §. fi. ⁊ Alex. hic in pe. ⁊ fi. col. ¶ † Aduerte tñ diligenter, q̄
non valet sequestrū nec potest fieri nisi de debito principali cō-
stet, per publicum instrumentū. l. per banc. in ver. super his ve-
ro. ⁊ ibi Car. ad hoc not. de erog. mi. anno. lib. xj. Idē Bar. in d.
l. litibus. in fi. Bal. in c. olim ex literis. in prin. iij. col. de rescript.
do. Mathesi. in tractatu de carcere. vbi per hoc notabiliter in-
fert, q̄ si non pōt fieri sequestrū in rebus, nisi de debito constet
per publicum instrumentū, multominus poterit concedi captu
ra persone nisi de debito principali cōstet, per publicum instru-
mentum. ¶ Breuiter tene, q̄ illa decisio Bar. non est vera: eam
reprobat Jo. de pla. in d. l. per banc. do. Abb. in d. c. ij. ad fi. de
sequest. pos. ⁊ fru. Jo. de imo. ⁊ Ang. de are. in d. l. imperatores.
§. fi. ⁊ d. Alexā. hic: q̄ imo sufficit semiplena probatio prout qñ
agitur de captura persone, vbi tractatur de maiori preiudicio,
per notata per Ange. in l. nemo carcerē. C. de exact. trib. lib. x.
13 † Tu pondera cōtra Barto. q̄ tex. in d. l. per banc. in quo se fundat
Bar. probat cōtrarium, cum ibi sit speciale in salario publico qđ
prestatur militibus, vt illud sequestrari non posset nisi de debi-
to cōstet per publicum instrumentū: ⁊ idem potes dicere in sala-
rio qđ prestatur de publico doctoribus legentibus. arg. l. aduo
cati. ⁊ l. fori. C. de aduo. di. iudi. ¶ Scđo q̄ in d. l. per hāc. in ver.
super his vero. tria cōcurrunt. Primo, erat salarium qđ presta-
batur de publico militibus. Item erant de numero. xxx. Item
erant absentes. ergo cum ille tex. non procedat etiam in omni-
bus militibus. sed in his qui erant de numero. xxx. ⁊ erāt absen-
tes: ergo in alijs etiā militibus ille tex. nō procedit: ergo cū ius
speciale presupponat ius cōe esse in cōtrarium. l. j. in fi. ff. ad mu
ni. certe ille tex. probabit de directo contra Bart. considerabis
tamen diligentius illum tex. ⁊ aduerte q̄ ex illo text. non possu-
mus arguere vt idem sit in salario doctor legētium: q̄ in eo nō
14 concurrunt illa tria. ¶ † Tertio facit qđ vult Bald. in l. vnica.
ante fi. C. de probi. sequest. pecu. vbi querit, que probatio requi-
ratur ad hoc, vt fieri possit sequestrū: ⁊ tenet q̄ summaria vel se-
miplena, prout in missione in possessionē ex primo decreto, pro-
pter similitudinē quam habent inter se. ¶ Quarto facit q̄ text.
noster ad hoc vt fiat sequestrū requirit suspicionē fuge: nec vllā
probationē instrumentalē requirit: ⁊ ita teneas. Nec obstat au-
15 toritas Bar. in locis preallegatis: † q̄ illa non est lectura Bar.
q̄ Bar. nō legit nisi vsq; ad titulū. C. de pericu. eor qui pro ma
gi. interue. lib. xj. ⁊ ibi Ange. in rubrica illius tit. ita expresse di-
cit: sequit do. Alex. in l. j. s. eo. ⁊ in rub. de acquir. here. in princ.
⁊ in rub. ff. solu. mat. in vlt col. ⁊ i. l. diuortio. §. interdū. in pe. col.
⁊ in l. si filio. §. si vir in qnquenniū. ff. solu. matri. ⁊ in cōsi. qnquage.
16 in ij. vol. qđ incipit visis actis cause. in vlt col. ¶ † Circa predi-
cta moueo nouū ⁊ pulchrum dubium, cum habeamus q̄ pecu
nia vel alie res deposite non possunt sequestrari, nec pensiones
domor nec salaria publica. aut. sed iam cautū. C. depositi. an si
debitor sit suspectus possint predicta ex precepto iudicis seque
strari. gl. in d. aut. sed iam cautū. ⁊ clarius in corpore vñ sumit:
tenet q̄ sic per generalitatē text. nostri. ⁊ ita tenēt Alb. ⁊ Sali.
in d. aut. ⁊ ibi dicit Albe. quod ita practicatur ⁊ ad iura allega-
ta respondeo, q̄ procedunt quando sequestrum fit sine iudicis
autoritate: nec in hoc inuenio contradicentē. Puto qđ de iure
cōium sit verius, p tex. apertos in d. aut. sed iam cautū. ⁊ melius

b ¶ Seqstrū. Adde doc. i c. fi. de feri. ⁊ Pe. de anc. in repet. c. j. de sequestr. pos. ⁊ fru.

in corpore iuncta rōne tex. ibi: ⁊ dicere q̄ illa iura pcedūt qñ fie-
ret sine autoritate iudicis, est debilis solutio: quia sine iudice in
nullo casu pōt sequestrari vt hic. ¶ Secundo nam regula est q̄
vbi in aliqua l. speciali ponunt aliqui casus speciales, tunc etiā
si superueniret lex noua, q̄ aliquid generaliter disponeret nō in-
telligitur disponere in illis casibus nisi de illis fiat mentio vt vi
debitis in l. sciendū. in pn. ⁊ eo facit. l. de creationibus. C. de silē.
lib. xij. quō ergo in casibus specialibus positis in d. aut. sed iam
cautū. intelligitur derogatū per generalitatē text. nostri. Imo
generalitati potius istius text. debet intelligi derogatū per d.
aut. quia generi per speciem ⁊c. vt plene per Bart. in l. quesitū.
§. fi. ff. de fun. instru. facit. l. doli clausula. ff. de verb. obliga. cogi-
17 ta. ¶ † Quinto no. ex tex. ibi: donec satisdatio detur, vnum mo-
dum releuandi sequestrū, q̄ prestita satisdatione: ⁊ sic dato fide
iussore tollitur sequestrum vt hic: ⁊ c. ij. de sequest. pos. ⁊ fruc. et
ista satisdatio ẽm gl. ⁊ docto. hic, debet duo continere vt in glo.
Adde tertium notabilius quia debet continere promissionem
de illa restituenda absque vlla procrastinatione in casu victorie
adeo quod non sufficeret satisdatio nisi hic verba precise appo-
nerentur. text. est in d. l. litibus. ⁊ ibi Bart. in vlt. col. expresse ad
hoc not. illū text. sequuntur Ange. ⁊ Joan. de pla. ibi. d. Abb. in
d. c. ij. Ange. de are. in d. l. imperatores. §. fin. in vltimis verbis.
Ludo. ⁊ d. Alex. hic: ⁊ dicit d. Alex. q̄ istud est in practica dili-
genter notandū quia multū erratur. Fiat ergo Regula qđ se-
questrum tollit per satisdationē. ¶ Limita primo verū esse qñ
sequestrum fuit factum ob litem agitandā: ita loquitur tex. hic:
secus si sit factum ad finem vt debitor solueret puta in executio
ne sententie: tunc per satisdationē non tollitur. tex. est in l. si pe-
cunie. §. fi. ff. vt in pos. lega. q̄ alibi ita expresse non reperitur ẽm
Pau. de ca. hic. ⁊ ille tex. est ad hoc sing. ẽm Bar. in l. consenta-
neū. in vlt. col. C. quō ⁊ qñ iudex. ¶ Scđo limita quando seque-
strum fuisset factum propter scandalum euitandū tunc propter
satisdationē non tollitur cum per illa non remoueatur periculū
scandali ẽm do. Abb. in d. c. ij. ¶ Tertio limita qñ essemus in-
ter personas inter quas nō cadit satisdatio: iuxta. l. imperator.
ff. ad treb. ẽm Bald. in d. l. vnica. ¶ Quarto qñ tale preceptum
fuisset factum ex precepto principis vel alterius superioris ẽm
Joan. an. in addi. Spe. in titu. de sequestra. pos. ⁊ fru. super rub.
Et no. singu. ẽm Pau. de cas. hic: quod ad reuocationē talis se-
questri quilibet admittitur siue habeat mandatū siue nō q̄ ista
est quedā species defensionis. allegat Jac. de are. in l. de pupil-
18 lo. §. qui remissionē. ff. de ope. no. nun. † An aūt ad reuocandum
sequestrū si pars non potest satisdare sufficiat iuratoria cautio:
tenui in l. j. s. eo. qđ non. Et ibi dictis adde Alberi. hic: qđ licet
multum dubitet. tñ istud tenet, qui dicit semper ita obseruari vi
19 disse. † Adde etiam q̄ sicut sequestrū [b] potest fieri in honorem
b dei, qñ est suspicio fuge ẽm Bald. hic: ⁊ Bald. ⁊ Sali. in d. l. vni-
ca. Ang. de are. in d. l. imperator. §. fi. prout etiam captura per-
sone: vt est glo. in l. fi. C. de ferijs. quam sequitur ibi Barto. ⁊ in
l. ait pretor. §. fi. debitorem. ff. de his que in frau. cred. ⁊ illa glos.
35 † Pro intelligẽtia tñ Barto. hic dicit qr tres sunt tñ dictiones exceptiue.s.nisi preter et preterq. ¶ Adde quartam, sed si non vt hic in glo. dicit etiam Bar. quod differentia est inter dictionem preter et preterq ex vna parte: et dictionẽ nisi ex alia: qr prime possunt adiungi termino non contento sub precedenti oratione: et tunc exponitur, preter pro vltra: vt si dico lego codicem preter equum: et ita loquit tex.in.l.j.s.eo. et ibi vide que dixi non sic in dictione nisi: nam si dico lego tibi codicẽ nisi equum: esset ineptus sermo: ideo materia istarum dictionum non de
36 bet simul, sed de per se tractari. ¶ † Circa ergo istã dictionẽ preter et preterq: qñ stant exceptiue, et qñ nõ: dic vt per Bar. hic: in.l.j.in fi.ff.de pig.act. et in.d.l.actiõe. vbi p oẽs. et vide late Lu. in pš.cccxvii. inci. presens consultatio in plura quesita diuidit in.j. et ij.col. Alber. in dictionario suo in verbo preter. Intellige tamẽ nisi simus in materia odiosa fm Bart.in.l.seio.§.vxori.ff. de ann.leg. sequit Ang.in cõsi.cccxcij.incipi.qm in vltimis volũtatibus in.iij.col. facit qd vult glo.no.in cle.j.in vbo facere. de vsuris: que dicit qd si statuto caueatur qd vsurarius non possit capere preter duos denarios pro libra: dictio preter non ponit qd illos duos possit capere: quã glos. alle. Bal. hic: et in aut. ad hec: in.iij.co.de vsu. et in.l.gallus.§.ille casus.ff.de lib. et posthu. de dictione nisi.s.dixi. ¶ In tertia parte gl. ibi et sunt hic argu. glo. format qstionem et non decidit. tu in ista questione recolligendo dicta Bartol.in.j. et vlti.colum. quia is attingit questionem in.l.actione.C.de transact. Joan.and.in addi. Spec.

in ti.de spõsa.in prin. Ange. et Imo.in.l.qui rome.§.coheredes. ff.de ver.obli. Nico.de nea.insti.de act.in prin.in vlt.col.fac. cõ
37 clusionem et tres fallẽt. † Conclusio est qr si promisi nõ vendere alii istuz fundũ nisi tibi per talẽ cõuentionem nõ possum astringi ad vendendum tibi. Fallit primo qñ ista cõuentio esset facta
38 p verbũ tenearis, fm Bar. et alios hic: et in locis pal. ¶ † Scdo limitat sing. Bar.in vl.col.qñ tẽpore cõuentionis ille haberet rẽ venalem: tñ qualitercũq verba prolata sint importãt qd teneatur illi vendere: nihil tñ allegat Bar. ad hoc. Tu pro ista limitatione adde tria. primo qr in simili tenet Spec. not.in ti.de spon. ver.j. vbi tenet qd si promitto vel iuro nõ accipere aliam in vxorem nisi te. per talem promissionẽ non possum astringi ad accipiẽdum te in vxorẽ nisi fm Spe. conuocatis publice consanguineis et amicis tractat de matrimonio inter nos ptrahendo tẽ
39 pore quo talia verba protuli. ¶ † Secundo facit in simili text. nota.in.l.j.C.de re.permu. quem Bar. ibi et alii dicunt esse singu. et nõ reperitur alibi: qr licet in permutatiõe sicut et in ceteris cõ
a tractibus innominatis: re integra locus sit penitẽtie: tñ si quis exposuit rem venalem et conuenit illam permutare cum alia re: non est tunc locus penitentie.d.l.j. et Bar.in.l.fi.ff.de re.permu. Imo.in.l. Aristo.in prin.ff.de dona. et qd ille text. sit singu. dicit etiam Bald.in.l.ij.C.de condit. ob cau. et Ang.in.l.sciendum.§.
40 deinde.ff.de edi.edi ¶ † Tertio facit qr vult glo.sing.in.l. non emi. et ibi clare Dy. et Bar.ff.de re. amo. qd si exposui rẽ venalem possum cogi vẽdere iusto ptio: lz cõtrariũ in hoc vltimo teneat
41 ibi Albe. et Cy. et Bal.in.l.j.C.de epi.audi. ¶ † Tertio limita qr q̃uis per talẽ cõuentionẽ nõ possit cogi vendere mihi: tñ si alii vẽderet teneret mihi ad interesse.l.si sterilis.§ pe.ff.de act.emp. ¶ Sed aduerte: licet Bar. et doc. hic concludũt qr si sit dictũ cõ nõ possim vendere istã rem alii nisi tibi, qr dictio nisi: cum ponat solum potentiam non operatur qd possum cogi ad vendendum tibi: istud reprobat in.c.cum accessissent.in.v.col.de consti. motus colorata ratione: qr si illud vendere nisi tibi solum poneret potentiam et habilitatem: certe ista conuentio esset superflua: nam ista habilitas oino inerat.l.sicut.C.de actio. et obliga. ergo hec adiectio debet intelligi vt aliquid operetur.l.si stipulatus. ff.de vsu. sed ad hoc responde ex doct. Bart. qd ista cõuentio nõ est superflua: ptz qr si alii vẽderet teneret ad iteresse vt predixi. Pondera etiam ex conclusione Barto. et aliorum elici notabilem limitationez ad.l.nemo.in fine.de pactis. et.l.ea lege.C.de cõdi.ob causam. quibus iurib dr qd pactũ sup re aliena nihil valet: nam intelliguntur, quãdo tale pactum est precisum: secus si solum limitatum vt hic: et ita in specie tenet Imo.in.l.q rome. §.coheredes.ff.de verbo.obli. licet non alleget doctrinã Bar. et alior hic. ¶ Vltimo adde quod decidit no. Bar.in.l.si pater.
b §.si.per illum tex.ff.de pac.dotali.

¶ a Nisi. adde Bar.in.l.titia.in.§.lucius.ff.d pign. ac. bar. in.l. actiõe. C.de trãsac. Archi.in.c. j.de cõsti.li. vj. Card. in cle. multorũ.d penis.

¶ b Dictio si. adde Bar. in.l.j.ff.d cõdi. et demõ. cardi.i.c. verũ. de cõdi. appo.

1 Priuilegiũ superueniẽs in persona pncipalis: et excusans eũ a sistendo: non tñ excusat fideiussorem de iudicio sisti.
2 Licet nõ valeat psuetudo de nõ pstãdo iuramentũ calũnie i causis.c.ceterũ. tñ bene põt p rescriptum remitti cũ clausula non obstante.
3 Priuilegiũ fori superueniens postq̃ quis est preuentus coraz vno iudice: non eximit illum ab illo iudice.
4 Princeps si lite pẽdente concedat priuilegiũ motu proprio, pars potest vti priuilegio.
5 Princeps nõ vult piudicare tertio: etiã si aliquid faciat vel rescribat cum clausula motu proprio.
6 Motus proprius superioris nõ preiudicat vnioni facte p ordinarium: et nondum sortite effectum.
7 Motus proprius superioris licet tollat vitiũ obreptionis: nõ tamen tollit alia impedimenta.
8 Leges generales fiunt motu proprio principis.
9 Legat dũ e i legatiõe nõ põt pueniri i causis antea icboatis.



I quis quẽquã.

Quis pmisit aliquẽ i iudicio sistere: tenet eũ in eadẽ causa sistere quo ad formã: lz nõ quo ad facultatem exactionis.h.d.cũ pnci.l. seq. vel sic. In eadẽ causa sisti videt, etiã q pauperior factus sistit: sz nõ
1 q nouo puilegio vtit.h.d. ¶ † No. ex l.q aũt.qd priuilegiũ supueniẽs in persona principalis et excusans eũ a sistendo: non tñ excusat fideiussorẽ de iudicio sisti: facit.l.si reus.ff.iudic.sol. In cotrariũ videt facere.l.si quis cũ fideiussorẽ.s.eo.do. Alex. multum laborat: et dat duas solu. tu eis omissis clare responde qd ibi nõ loquitur in nouo puilegio sed in absente, causa reipublice: et sic in eo qui iusto impedimẽto sisti non põt: nam hic prodest fideiussori, sicut et in aliis impedimentis positis precipue in.l.ij.s.e. Capio glo.in ver.q aũt. quã diuide in duas partes. In prima dupliciter exẽplificat tex. In scda opponit et dupli
2 citer soluit. scda ibi: sz videt. ¶ † Ex prima parte no. quod lz nõ valeat psuetudo de nõ pstando iuramẽtũ calũnie i causis.c.ce

terũ.de iura.calũ.tñ bñ pôt p'rescriptũ remitti: intellige cum clausula nõ obstãte: ita tenet glo.in.l.ij.§.q2 veremur.in gl.ma
3 gna.z ibi Bar.C.de iura.cal. ¶ † Ex scḋa pte gl.no.duas limitatiões ad.l.si quis postea.ff.de indi.z.c.pposuisti.de foro cõp. In qbus dr qḋ puilegiũ fori superueniẽs postq̃ qs est puent' corã vno iudice:nõ exumit illũ ab illo iudice:nã limitant vt pcedat qñ priuilegiũ fori esset cõcessum ad postulationẽ ptis: sec' si motu pprio superioris:ita tz gl.in.d.l.si quis postea.Barto. in.l.j.ff.de pe.facit.l.si reus.ff.iu.sol. Scḋa limitatio est,nisi pri
4 uilegiũ faceret expressam mẽtionẽ de pendẽtia litis. ¶ † Ex pma limitatione glo.habes ex mente Bal.z Ang.z clare ponũt Pau.de ca z do.Alex.hic:qḋ si lite pen.princeps cõcedat priuilegiũ motu pprio,pars pôt vti tali priuilegio:q̃uis emanauerit lite pẽden.z ita limitat.c.si.vt lite pen.l.ij.C.e l.tutor petit'. in pn.ff.de exen.tut.facit.l.idẽ vlpianus.in fi.eo.ti. Tu tene contrariũ,q2 priuilegiũ cõcessuz pendẽte lite etiã motu pprio superioris nõ nocet cause pendenti nec parti aduerse:ita late tenet Jo.in addi.Spec.in titu.de dolo z cõtu.§.fi.ver.porro.in addi. magna q̃ incipit:de hoc interesse. Idẽ tz Ro.do.Ant.de bu.d. Abb.Jmo.z.d.Frã.de are.in.c.causam.el.ij.de test.eo q2 prin
a cepsª nõ psumit derogare iuri tertij.p.l.ij.§.merito z.§.si quis
5 a principe cũ similibus.ff.ne qd in loco pu. ¶ † Ego teneo istã partem nõ vult pndicare tertio etiã si aliqd faciat vl rescribat pnceps z moueor trib' fundamentis. Primo q2 regula est,qḋ cũ clausula motu proprio:ita tz Bal.in.c.ad audientiã.de rescriptis.do.Ant.in.c.per venerabilẽ.in.xxxiiij.col.q si sint legi.do. Abb.in.c.j.in.xiij.co.de iudi.Hemi.in.c.si ppter.ix.co.de rescri
6 ptis.in.vj.Hinc est † qḋ in bñfi ialib'.motus pprius pape,nõ facit scḋz impetrãtez,pferri primo,nisi de eis in literis mentio fiat,bz.d.Ant.de bu.z Car.in.c.mãdatũ.de rescri.z ibi Jmo.in pe.co.hinc etiã est,qḋ mot' pprius superioris non preiudicat vnioni facte p ordinariũ etiã nõdũ sortite effectũ,bm Hemi.in repe.c.postulasti.in.xxvj.co.de rescri.eo q2 mot' ppri' nõ tollit ius q̃situ alteri in re vel ad rẽ:allegat gl.iij.in.c.si motu pprio.z
7 ibi Jo.an.de pbẽ.in.vj. ¶ † Scḋo moueor,q2 mot' pprius sub periorisᵇ:licet tollat vitiũ obreptionis:nõ tñ tollit alia impedi
b menta.gl.est solẽnis in cle.si romanus.in ver.validã.de preben.
8 ¶ † Tertio moueor vno fūdamẽto:nã.ll.gñales fiunt motu proprio principis.l.humanũ.C.de legi.Bar.in aut.quas actiones.in.ij.co.C.de sacrosan.ecle.z in.l.j.ad fi.C.de bo.vacan.li. x.z in.l.j.C.de pe.bo.subla.eo.z tñ nõ trahuntur ad lites pẽdẽtes.l.leges z constitutiones.C.de legi.§.j.in aut.vt cum de ap
9 pella.cogn.et.§.j.in aut.in medio litis non fieri. ¶ † Ultimo dum glo.hic dicit qḋ legatus dũ est in legatione non potest cõueniri in causis antea inchoatis: in hoc videt male dicere per tex.in.l.eundẽ.§.j.ff.de lega. Jason.

1 ¶ Sufficit ab initio interesse licet ex postfacto cesset.
2 Estimatio debetur officio iudicis mercenario.
3 Regulariter nõ sufficit ab initio interesse zc.fallit in.v.casibus.

Illud. ¶ Sufficit ab initio icteresse:lz desinat ex postfacto.h.d.z est cõmune summariũ. ¶ Capio gl.in ver.interesse.quã diuide in tres ptes. In prima ponit duplex exemplũ ad tex. In scḋa format duas oppositiones cõtra text. que tñ veniũt diuerso modo z dupliciter rñdet. In tertia p viã notabilis rñdet tacite questioni.secunda ibi,certe imo videtur.
1 tertia ibi:z no.q̃ vbi mortis. ¶ † In gloss.ibi.l.iiij.§.in hac responde bm Bar.Albe.z Sali.qḋ ibi mora nõ precessit litis contestationem:ideo ibi tps lit.contest.inspicitur hic vero mora p
2 cessit anteq̃ agat ex stipulatione de iudicio sisti:† vel responde planius bm Ful.qḋ ibi loquitur de estimatione que debetur officio iudicis mercenario.l.ediles.§.item sciendũ.ff.de edili.edi. hic qñ estimatio debetur iure actionis quo casu attendit tẽpus cõtracte oblatiõis.l.fundũ cornelianũ.ff.de noua.no.per glos. z doc.in.l.vinũ.ff.si cer.pet. ¶ In gl.ibi.l.pcuratorẽ.§.mãdati dic qḋ ibi semper desijt interesse:z in tempore preterito z in p senti,hic secus bz Bar.z doc.facit.l.iustissime.§.fi.ff.de edi.edi. ¶ In glo.ibi:speciale in iudicijs male dicit:q2 bm hoc durius agere in iudicijs q̃ extra iudiciũ cõtra.l.z si post tres.cũ not.
3 z.l.si quis.§.quesitũ.s.eo. ¶ † In fi.gl.tu in hac materia an sufficiat ab initio interesse:lz ex postfacto desinat vltra tradita per Cy.Bal.et Sal.in.l.cõparandas.C.man.reducendo doctrinã Bar.quã simpliciter sequunt Sali.Ful.z Lud.ro.hic.Adde regulam z quinq̃ fallentias:dic qḋ regulariter nõ sufficiat ab initio interesse:qñ ex postfacto desinit.l.fi.§.j.ff.ad.l.rho.de iac.nã exceptio tua nõ iterest:in effectu excludit agẽtẽ.l.fi.C.de rei vẽ. l.loci corpus.§.competit.ff.si ser.ven.l.posthumus.§.si quis ex his.vbi Bar.et alij.ff.de inoffi.test.c.cũ inter.R.seniorẽ.de ele. c.non solent.ij.q.vj. ¶ Fallit primo quando desinit interesse de presenti:sed non cessat damnum de preterito.l.si eum.§.qui iniuriarum.in fine.s.eodem.ibi enim desinit interesse:quia extincta est actio iniuriarũ p mortẽ:tñ nõ cessat dãnum de pterito:q2 p pter longã morã rei lite cõtestata nõ est facta actio trãsitoria ad heredẽ. ¶ Scḋo fallit qñ agitur ex delicto seu maleficio concurrente dolo.l.j.§.rectissime.ff.de vi et vi ar.Adde tex.no.i.l. j.§.rem.ff.depo.z in.c.j.si vas.post alie.feudũ recuperat:vide tñ tex.in.l.si cũ exceptione.§.qḋ si homo.ad fi.in ver.si cũ interdicto.ff.qḋ me.cau ¶ Tertio fallit in penis legalibus: vbi nõ inspicitur interesse.l.inter oẽs.in prin.ff.de fur.l.iniuriarũ estimatio.ff.de iniur.Adde.l.quecũq̃.ij.ff.de act.z obli. Quarto fallit qñ desinit interesse facto rei cõuenti.l.si post acceptum.ff.de rei vẽd. Quinto fallit qñ desinit interesse facto alteri' q̃ rei:qui tñ representat psonã rei.l.z idẽ.ff.de cõdi.fur.facit.l.si qs vxori.§.j. ff.de fur. Isto mõ p istã rãz z has quinq̃ fallẽ.habes clare doctrinam Bar.z doc.q̃ alias videt difficilis z intricata.

Quoties. Fideiussio de iudicio sisti data vel accepta a seruo nihil valet.hoc dicit. Jason.

2 ¶ Actus celebratus a pcuratore refert ad vtilitatẽ dñi.
3 Persona q̃ nõ est expssa in stipulatiõe nunq̃ intelligitur.
1 Si procurator. ¶ † Dũ pcurator stipulat de iudicio sisti, cõsideratur interesse dñi siue sit stipulatio facta simpliciter:siue cũ exp̃ssiõe interesse.h.d. Diuidit i quatuor partes. In prima ponitur thema. In secũda ratio dubitãdi. In tertia ponitur decisio z ratio decidẽdi. In quarta ponit extẽsio.scḋa ibi ppe modũ.tertia ibi: sed cũ alienũ. quarta ibi: eadem et fortius. ¶ In illa scḋa ibi prope modũ vult tex.dicere:qḋ prima facie videret qḋ ista stipulatio sit nulla:q2 cõmitti nõ pôt:ex quo pcurator nõ est stipulatus certã penã cuz ista stipulatio detur ad interesse:et pcuratoris nihil interest: sed ad hoc respõdet tex.in tertia pte:qḋ imo cõmittit ad interesse dñi
2 ad cuius vtilitatẽ censet interposita. ¶ † No.prio qḋ actus celebratus a procuratore refert ad vtilitatẽ dñi:qḋ intellige verum qñ stipulatus est tanq̃ pcurator qḋ facere videt eoipso qḋ nominat se pcuratorẽ.l.fi.ff.de isti.Bar.in.l.j.§.nũtiatio.ff.de ope. no.nũt.z in.l.iij.§.et si forte.ff.iudi.sol.z in.l.post dotem.ff.solut. mat. Idem si nõ appellaret se pcuratorẽ:tñ cã nõ poterat nisi ad dñm ptinere:ita loquit tex.hic,facit.l.post mortẽ.§.j.z.l.fi.ff. qñ ex facto tu.al'z si actus est q vtriq̃ pôt pueniri in dubio censetur pcurator suo noĩe fecisse,z nõ dñi.l.z magis.ff.de solu.bm Bar.z alios hic:meli' facit.l.j.§.si cõis seru'.z.l.si seru' cõis meuij.§.j.ff.de stip.ser.intellige.nisi alie cõiecture essent in oppositũ.l.socium qui in eo.§.vlti.ff.pro socio.z.l.q pprio.§.pcurator in ceteris.ff.de pcu.habet in.l.cũ aliqs.C.de iur.deli. Bal.no
3 tabiliter in.l.si patru'.in.ij.col.C.cõ.vtri.indi. ¶ † Secũdo no. ex hoc tex.limitationẽ ad reg lã tex.i.l.ita stipulatus.§.chrysogonus.in fi.de verbo.obliga.vbi dicitur qḋ in stipulatione nunq̃ intelligitur persona que non est expressa:nam limitatur per istum tex.qñ stipulatio al's redderet inutilis:tunc psona subintelligit vt hic:facit tex.no.in.l.caius.ff.sol.mat.Bal.in.l.patru' in.ij.co.C.cõia vtri.indi.vel scḋo limita per hunc tex.nisi sit talis persona cuius noĩe stipulatio facta esse intelligatur: ita est tex.hic:z limitat Bar.in.l.post dotẽ.in.ij.lectu.per illũ tex.ff.solu.ma.sed melius facit iste tex. Jason Padue.

Si tutor. Promissio de sistẽdo in iudicio facta p administratorem necessariũ expirat finito officio:nec patit executionẽ fnie.h.d. Et ratio est:q2 tale officiũᶜ nemini dz esse dãnosuz.l. videtur.it.ex quib.cau.maio.l.si quis ex signatoribus.ff. quẽad mod.t.sta.ape. Quid aũt sit in administratore volũtario:dic vt in.l.plautius.z in.l.procurator q pẽnictione.ff.de pcura.Et ad euidentiã p intellectu tex.aduerte.q2 iste tex.loquit per gloss.z magis cõiter doc.z presertim Moder.qḋ loquat qñ pupillus iam adoleuerat:z sic iã erat finita tutela anteq̃ tutorem sistere oportet:et sic anteq̃ tutor esset in mora sistendi: et tũc oportet transportare literã vt facit gl. Tu intellige tex.plane z sine violẽtia:put iacet qḋ tutor fuerat in mora sistendi et postea finitũ est eius officiũ:z ita intelligit Jac.de ra.Albe.z Ful. dic p isto intellectu tu adde tria. Primo q2 qualitas adiecta verbo intelligetur bm tps verbi cui adijcitur.l in delictis.§.extrane'.ff. de noxa.ergo cũ tex.dicat si tutor non obtemperauerit apparet quod erat tutor illo tempore quo non obtemperauerit: facit.l.tutor p pupillo.in prin.ff.de admini.tut. ¶ Secundo pondera simile qḋ tex.in fi adducit in ver.nam et ipsius.vbi loquit quando tutor fuerat condemnatus durante tutela:z sic fuit cõmissa stipulatio indicati durante eius officio: ergo similiter tex.debet intelligi quando durante officio tutor fuit in mora sistendi:alias simile non esset bonum. ¶ Tertio facit:quia intelligendo tex.bm glo.et communiter doct.tex.esset quasi sine duobio:quia si pri' erat finitum officiũ tutoris anteq̃ teneret sistere:nullum

a ¶ Priceps. adde gl.i.c. statutũ.de rescrip.lib.vj. Bar.in.l.ij. C.si contra ius vel vtil. pub. Bar.i proe.ff.oz.

b ¶ Propri'. Adde Joã. car.i.c.i no stra,de rescrip.

c ¶ Officiuz. Adde spec. in ti.de sala. in.§.j.v.pe. nisi i casu.l. cum in eo.z ibi Bart.ff. de pac.bar. in.l.cũ heredítas.ff.de admi.tuto. item nisi sit admixta culpa bm bar.i l.cuz ab initio.ff.quem admo.testa. aperi.

re:nullũ dubiũ videret.qđ tutor nõ teneret:dubiũ ergo ꝓriũ huius tex.est.qñ tutor fuerat in mora sistendi.ꝛ postea finitum est officiũ:et iste ꝑpetuꝰ est intellectꝰ litere. Jason Maynꝰ Mediolanensis legens Padue.

¶ De feriis. Rubrica.

¶ Continua rubricam, vt per Barto.

1 Tempore messium vel vindemiarum, nemo compellitur in ius venire.
2 Citatio nulla recõualidatur per cõparitionez spontaneam.
3 Feriis potest renũtiari,nõ solum expresse:sed etiã tacite.
4 Feriis deductis in honorem dei vel sctõrũ, q̃ dicunt solennes ferie,renũtiari non potest.
5 Snia que est nulla,alia rõne quã consensus non conualidat ex renuntiatione postea facta.
6 Feriis inductis ꝑ statutũ an partes possint renuntiare.
7 Sniam infirmari petens,videt agere nõ solum de iniquitate sententie:sed etiam de nullitate.
8 Dictum quãdo est generale:ꝛ ratio specialis: dictum non restringitur per rationem.
9 Renũtiatio feriaruz facta inter ptes non extenditur ad alias personas.
10 Libellus conditionalis an possit dari die feriata.
11 Juramentum testis quod de necessitate prestatur potest remitti de consensu partium.
12 Fides alicuiꝰ qñ est approbata a ptibꝰ,an requirat iuramentuz.
13 Partes qñ rogarũt aliquos vt essent testes in contractu adeo censent eoruz fidem approbasse,quod non possunt eis opponere quod sint infames.
14 Testes non iurati,non probant quãdo agitur de matrimonio dissoluendo.
15 Judex potest a testibus exigere iuramentum,non obstante partium remissione.
16 Attestatiões testiũ nõ legitime examinatorũ possunt de consensu partium comprobari.
17 Testes quod post didicita testificata non possint super eisdem capitulis produci timore subornatiõis:fallit nisi de cõi cõsensu partium producatur.ꝛ in.18.19.ꝛ.20.
21 Testes corrupti pecunia,possunt ꝓduci cõtra corrũpentẽ etiã ad plenam probationem.
22 Tabelliones sine cõmissione iudicis nõ possent recipere testiũ iuramentum:de cõmuni cõsensu vtriusq; partis.
23 Snia diffinitiua ꝑncipis lata cũ cause cognitione,habet vim legis:non solum in illa causa:imo facit ius quo ad omnes:eodem modo epistola missa ab imperatore.nu.24.
25 Supplicatio porrecta iperatori habito respectu habet vim libelli ꝛ litis contestate.
26 Officiũ iudicis põt implorari,vt declaret sniam esse nullam.
27 Causa nullitatis deuoluit ad iudicem appellationis, quando appellatur a sententia nulla.
28 Renuntiatio feriarũ etiã facta,extra iudiciũ valet.
29 Renuntiatio feriarum simpliciter facta,intelligitur de presentibus tantum.



1 NE quis messium. † Tẽpore messiũ vel vindemiaruz nemo compellitur in ius venire. tñ valet snia illo tpe lata cõtra pñtes ꝛ spõte litigãtes:sed contra absentes lata est ipso iure nulla.h.d. ¶ No.primo.ꝙ tpe messium ꝛ vindemiarum citatus nõ tenet ꝯparere:qñ aũt incipiat tẽpus messiũ ꝛ vindemiarũ ꝛ qñ finiat:declarat Spe.in tit.de feriis.§.j.vers. indicte.Pau.de ca.in.l.presides.j.eo.Adde ad istũ tex.primo, ꝙ idẽ est in tpe seminationũ:qꝛ tũc etiã ferie seruãde sunt.glo. est ordi.in.l.j.in gl.ij.in ver.frugibꝰ.C.de agr.ꝛ cens.li.xj.Scdo adde quod iste ferie habent locum etiã in locis in quibus neq; messes:neq; vindemie fiunt:vt in locis mõtanis cum occupati sint aliũde perquirere.ꝯm Inno.in.c.fi.extra eo. Ang. in.l.ꝑsides.per illũ tex.j.eo.Tertio adde ꝙ iste ferie locũ habent etiã in ptibus in quibus oẽs viuunt ex castaneis vel ex pomis ꝯm Bal.hic in.j.notabili.ꝛ Bald.post Cyn.in.l.ligni;appellatio.p illũ tex.circa mediũ.ff.de leg.iij.pro limitatione tamẽ adde, ꝙ ferie per statutũ inducte de mense iulij:non erunt de mense augusti:ad quẽ sunt messes dilate,propter pluuias.ita tenet nota. Bal.in addi.Spec.in ti.de fen.in ver.non valet snia. ¶ Secundo not.rationem tex.qꝛ occupati circa rem rusticam ꝛc.ꝯcord. l.j.C.de agri.ꝛ cẽsi.lib.xj.ꝛ vide quod decidit tex.in aut.agricultores.C.q̃ res pig.pos.ꝛ qđ decidit tex.notabilis de institutiõe
2 platõis.in.l.ij.ff.de nund.ꝛ qđ ibi glo. ¶ † Tertio no.ex tex.ibi qui sponte venerint ꝙ citatio nulla reconualidat per comparitionem spontaneam:ꝛ ad hoc multum notãt istum t ex.Bald.ꝛ
3 Mod.hic:ꝛ in.l.j.§.de in ius vo. ¶ † Quarto no.ex tex.ibi presentibus illis ꝛ spõte litigantibus:qđ põt feriis renuntiari non solum expresse sed etiã tacite:cõcor.l.si feriatis.j.eo.ꝛ.c.fi .extra eo. ideo feriarũ exceptio debet opponi als processus valeret: ꝯm Pau.de ca.in cõsil.ccxiiij.Ratio predictoꝝ est. qꝛ iste ferie principaliter sunt inducte ad priuatã vtilitatẽ: ideo eis potest
4 renũtiari per regulã.l.pe.C.de pactis.† Hinc est qđ feriis idu-
a ctis[a] in honorem dei vel sanctoꝝ q̃ dicũtur solẽnes ferie renuntiari nõ põt.d.l.fi.ꝛ gl.in.c.si feriatis.j.e.ꝛ Bar. notabiliter quẽ videas in.l.si feriatis.ff.de arbit.vbi dicit ꝙ clausula per quam renuntiat feriis q̃ apponit in cõpromissis intelligitur de qbus hic,nõ de feriis solẽnibus,nisi esset cõpromissum in arbitratorem:vt ibi notabiliter per eũ,qđ ostendo viua rõne:nã arbitramentum dicitur quedã trãsactio ꝯm Bar.ꝛ alios.in aut.si vero contigerit.C.de iudi.ꝛ gl.in corpore vnde sumit: sed trãsactiones ꝛ pacta possunt fieri die feriata in honorẽ dei. l.actus. ꝛ.l.fi. C.eo.ꝛ vide qđ vult Bal.in.l.si vt ꝓponis.prima.C.quomodo ꝛ quãdo iudex.vbi dicit qđ ferie inducte ꝓpter felicem aduentũ pape,dicunt mixte:scʒ ꝓpter honorẽ dei ꝛ repẽtine:qꝛ reuerentia quẽ fit pape fit deo.l.nõ distinguemus.§.sacerdotio. ff.de ar
b bi.Similiter nõ potest renũtiare feriis repẽtinis[b] cum inducãtur,ad publicã vtilitatem vel gratulationem:glos.magistra. in cle.sepe.in ver.necessitatẽ.de ver.sig.Alb.ꝛ Pau.de ca.hic: dicunt etiam limitãdo istum tex.Cy.in.l.cũ antea.in fi.ꝛ ibi Bal. in pe.col.C.de arbi.ꝛ Bal.in.d.l.si feriatis.j.e.qđ ista renuntiatio feriarum debeat fieri ante latã sententiam,si aũt fieret post nihil prodesset:qꝛ nõ recõualesceret sentẽtia que nulla est.sequũ
5 tur Pau.de ca.ꝛ alij Moder.hic:† et facit ratio,qꝛ sententia q̃ est nulla alia ratione quã sensus non cõualidatur ex renũtiatio ne postea facta.l.si expressim.ff.de app.iuncto eo qđ vult gl. fin.
6 in.l.ij.C.cõia vtriusq; iudi.† An aũt feriis[c] inductis per statu-
c tũ possint partes renũtiare vide Bar.i.§.j.in vltima.q.j.ca.l.o. Alex.in consi.cciij.in.ij.volu.incip.viso ꝛ opportune discusso. in
7 ij.co. ¶ † Quinto no.ex fi.ꝯm Bal.in.viij.notabili: qđ qui petit sententiam infirmari videtur agere:nõ solum de iniquitate sententie:sed etiam de nullitate:qꝛ verbum infirmari se habet ad vtrumlibet vt hic:et sequitur simpliciter Alexan.hic:ꝛ no.Inno .in.c.auditis.de procur.ꝛ in.c.cum olim.de priuile.et in.c.cũ contingat.de offi.deleg.facit.c.ij.cũ gl.in ver.cassamus. vt lite nõ cõtesta.ꝛ in.c.cũ bertoldus.ꝯm vnã expositionẽ. de re iudic. Tamẽ gl.hic i ver.infirmabitur exponit id est:infirma esse ostẽdetur:ꝛ ꝑ istã glo.multũ no.Pau.de cast.hic:qđ si peto infirmari actũ qui sit ipso iure nullus:petitio nõ est inepta: qꝛ exponit infirmari.i.infirmus ꝓnuntiari quatenus de facto processit.l. ex empto.§.si quis viua.cũ gl.ff.de acti.emp.ꝛ.c.ꝑmũ.vt lite nõ
8 conte. ¶ † In gl.in ver.occupati.ibi itẽ totum illud generale: istud nõ videt bene dictũ:qꝛ Barto.ꝛ Bal.alibi tradũt regulã in.l.regula.§.sed et si quis.ff.de iur.ꝛ fac. igno. qđ quando dictum est generale,et ratio specialis,dictũ non restringitur per rationem,ꝛ sequitur Bal.in.c.ij.requiris de app.ꝛ alibi docto.
9 quos aliquando retuli. ¶ In ea.ibi.per alios scʒ testes:facit qꝛ renũtiatio feriarũ facta inter partes nõ extẽditur ad alias personas:puta ad testes vel aduocatos:glo.in.l.omnes.ij.in gl. fi. C.eo.Ant.et Moder.hic:facit tex.in.l.fi.C. de aboli. quẽ Bal. ibi notat ꝛ dicit hic esse meliorẽ de corpore iuris: tamẽ in causis in quibus de iure cõmuni proceditur diebus feriatis:vt in §.j.j.ea.l.ꝛ in.l.ij.j.eo.tunc possunt testes illo tempore euocari quia lex que vult antecedẽs intelligitur velle omne necessariũ cõsequens.l.ad rem mobilem.ꝛ.l.ad.l.ff.de procura.l.ij.ff.de iurisd.om.iudi.ꝯm Bal.hic in lectu.antiqua.Ang.ꝛ Moder. In fi.glo.cõmuniter tenetur ista pars per doc.hic:ꝛ in.d.c.fi.Specu.in ti.de feriis.§.j.ver.pe.quicquid dicat Bar.i.l.j.C.de agricol.ꝛ cẽsi.lib.xj.arg.illius tex.a contrario tamen postea se re-
10 mittit ad glo.hic. ¶ Glos.in versi.compellendi,vult † quod li-
d bellus conditionalis[d] possit dari die feriata:idem tenet glo.in c.fi.de iudi.ꝛ in.c.placita secularia.xv.q.iiij.ꝛ in.c.cupientes.§. qđ si per viginti.in ver.cõparere.de electio.lib.vj.quam materiam vide hic per Alexã. ¶ Capio glo.in vers.sententia valebit.quam diuide in quatuor partes.In prima ꝑ viam notabilis opponit cõtra tex.ꝛ dupliciter soluit. Prima solu. est vera in se ꝑ tex.in.l.si idem eis.§.fi.ff.de arbi.tamẽ quia diuinat,tene secundã solutio.In secunda glos.not.aliud ex textu.In tertia format questionẽ.In quarta ponit aliud notabile: secũda ibi: itẽ ꝯʒ no.tertia ibi:sed an idem in teste.quarta ibi:itẽ tertiũ
11 not. ¶ † Ex tertia parte glo.no.qđ iuramẽtum testis qđ de necessitate prestatur.l.iurisiurãdi.C.de testi.pot est remitti de cõsensu partium:eo quia principaliter est inductum fauore partium.Id ẽ tenet gloss.in.l.ij.§.sed quis veremur.C. de iuramẽ

a ¶ Inductis. Adde Spec.ti.de fe.in.§.j.

b ¶ Repentinis.adde.l.ſʒ ꝛ si ferie.ꝛ ibi doc.ff.ex qb.cau.ma. Spe.tit.de feriis.in fi.

c ¶ Feriis.adde gl.bal.in l. quadraginta.C.de fer.

d ¶ Cõditionalis.adde bal.i.l. iure mariti.C.de adul.bal.in c.fi.in.iij.columm.de fer. bal.in.l. veteranus.C. qñ ꝓuo.nõ est ne.bo.in summa.tit. de fer.i.§.qd i eis.ver.ʒ q̃libet die libellꝰ.maria.soci.i.c. j.i vlt.co.de lib.obl.Fede.de fe.ꝗ. xj.inci.q̃rit an excõicatio per ordinarium.

cal.z gl.in.d.l.iurisiurādi.z ibi Bar.Bal.z Bar.in.l.si legatū.in vlti.col.in prin.ff.de fal.z est tex.clar⁹ in.c.tuis.de test.Quē aūt sit rō diuersitatis, quare iuramentū de cōsensu ptiū possit remitti testi,nō aūt iuramētū calūnie.Alb.hic ponit aliquas rōnes:ꝫ leues:z gl.z doc.in.d.c.tuis.breuiter tene rōnē Bald.hic: nā iuramentū in teste est inductū mero fauore partiuꝫ: ad hoc vt testis metu iuramēti dicat verū:sed qlibet pōt renūtiare fauori suo.l.pe.C.de pac.ꝫ iuramētū calūnie:est inductū fauore publico,ad hoc vt ptes a litib⁹ cōprimanť.d.l.ij.§.sed qꝛ vere mur.C.de iura.calū.ergo iuri fauore publico inducto, ptes re
12 nūtiare nō pñt.l.ius publicū.ff.de pact.¶†Pro ista cōclusiōe glo.adde tria.Primo illud quod p istā glo. vult Bar. in.l. lucius ad fi.ff.de fideicom.qd qñ fides alicuius est approbata a
13 partibus:ibi nō requiriť iuramentū.¶†Scdo adde qd vult gl.reputata sing.in.§.z licet.in ver.supplicijs.in auť. de testi.q̄ vult:qd qñ ptes rogarēt aliquos vt essent testes in contractu, adeo cēsent eoꝝ fidē approbasse,qd nō possunt eis apponere ꝙ sint infames:aut viles:aut alias piuri: de qua gl.habes p Bal. z Imo.in.l.ad testiū.in.§.ꝯditionē.vbi Imo.reputat illā gl. eē sing.ff.de testa.z illā sequitur Bal.in.d.l.parentes.C.de testib. Sali.in.l.qm̄.C.de hereti.per do.Anto.Imol. et alios in.c.ex literis.de transac.illā glo.etiā sequiť et dicit esse ordina.z sing. Bal.in.c.ij.de testi.et ibi notabiliter eā limitat,dūmodo pbeť quod illi testes inhabiles fuerint rogati a partibus: et hoc probetur per duos testes idoneos,vel nisi cōtesteť:nam in hoc nō staretur ipsis testib⁹ vilibus:qd valde no.pro limitatione illi⁹ glo.¶Tertio adde qd vult Bal.in.l.in bonefidei.in penul.col. z ibi Salic.C.de rebus cred.de teste q datus est pro confidato
14 ab vtraꝗ pte.¶†Limita pdictā conclusionē nō procedere in causa mrimonij ꝑm Alb.hic:in pe.co.et est glo.in.d.c. tuis.z.c. fraternitatis,de testi.qd intellige qñ agitur de mrimonio dissoluēdo:tūc testes nō iurati nō pbāt:ꝗuis partes ei s remiserint iuramentum:argu.c.super eo.de eo q cog.ꝯgo.sec⁹ vbi ageretur de mrimonio ꝯfirmādo:tūc partes pñt testibus remittere iuramētū.arg.c.ij.de clandest.despōs.ꝑm Spe.in ti. de teste. §.fi.in ver.z nō,qd nō valet ad testimoniū:z gl.in.d.c.tuis.z ibi do.Abb.in.ij.co.et est rō diuersitatis:qꝛ dissoluere mrimoniuꝫ non consistit in libera voluntate partiū.sed bene cōtrahere:z p istam rationem infert,ibi domi.Abb.in.ij.co.quod gñaliter in omni causa que non pēdet a libera voluntate partium non ha
15 bet locū.d.c.tuis.¶†Secundo limita predictam conclusionē procedere interueniente autoritate iudicis:alias posset iudex a testibus exigere iuramentū:non obstante remissione partiū ꝑm Spec.in ti.de teste.§.fi.ver.z no.quod non valet testimoniū et est de mēte,glo.in.d.c.tuis.et sequitur Bald.hic:in.ij.colū. facit.l.acta.ff.de re iudic.sed do.Abb.in.d.c.tuis. in pria col.ad fi. tenet ꝯsensum iudicis nō esse necessariū qñ causa est mere puata:ex quo partes de quorū fauore pncipaliter agitur remittūt. c.significasti.de electi.z ideo textus.in.d.capitu.tuis. nullam de iudice mētionē facit:z istud puto verū:z est de mente Bar.
16 in.d.l.lucius.¶†Subdit successiue ex predictis Bar.qd attestationes testium non legitime examinatorum: possunt de consensu partiū cōmuni cōprobari:adde text.in.l.fin.in ver.confirmari.quē ad hoc no.Bal.C.de testi.tenet Inno.z Host.in.c.cū causam q̄ inter archiepꝫ.z ibi Bal.in vlt.co.de testi.z idē Bal. in.c.veniens.ij.in.ij.col.eo.tit.z notabiliter Spec.in ti.de teste. §.nunc tractandū.in ver.debet quoꝗ iudex.vbi extendit illud procedere etiā interueniente consensu tacito partiū.Inno.in
17 c.significasti.de testi.†facit qd vult Bar.in auť. at qui semel.in fi.C.de pba.qd lꝫ post didicita testificata nō possint super eisdē capitulis pduci testes timore subornatiōis.§.qꝛ vero multi.in auť.de test.illud fallit nisi de cōmuni cōsensu partiū producanť ꝑm Bar.ibi:allegat Joann.andre.in.c.fraternitatis.de testib.
18 †Tu dic fortius qd imo valet productio testiū[a] post didicita
a testificata si pars nō expresse opponat ꝑm do.Ant.de bnt.in.c. in causis.vlti.co.z i.c.vltra tertiā.in tertia col.de test.z est gl.expressa.in ele.ij.in ver.pducere.de testi.faciūt ad idē multa simi
19 lia q̄ dixi in.l.pře furioso.ff.de his q sunt sui vel alie.iur.¶†Limita cōclusionē Bar.in trib⁹ modis.Primo qñ in testib⁹ adest talis defectus q nō pōt cōsensu partiū cōualidari: vt qñ testes sunt recepti ante litē cōtestatā:ꝑm quod colligitur p Inn. in.c.significauit.de testib.quem refert et sequitur Bald.hic:in auť.si quis in aliquo.in vlti.col.de eden.Angel.in.l.iudices.C. de fide instru.z Alexā.hic:licet,contrarium et male teneat Ho
20 stiē.in.d.c.significauit.¶†Secūdo limita qñ attestatiōes sunt recepte corā iudice penitus incōpetēti,cuius iurisdictio non esset de cōsensu partiū prorogabilis:ꝑm Lud.z.d.Alexā.Adde qd vult glo.in.d.c.cum causam q̄ inter archiepm̄.in gl.fi. Tertio limita,in testibus corruptis pecunia:nam nullitas dicti talium testiū nō potest,de communi cōsensu,vtriusꝗ partis com

a ¶Testiū. adde doc.i c.series de testi.z in.c. iurauit.d.p bationib⁹.

probari:ita dicit sing.Bar.in auť.at q semel.in pe.co.in fi.C.de pbat.mot⁹,solū:qꝛ est cōtra publicā vtilitatē:sequiť simpl'r do. Alex.hic.Ego dubito et credo ꝯrium qd imo hic tracteť de pꝛuata.vtilitate principaliter:prout declarat Bar.in.l.j.ff.so.ma. ptꝫ:qꝛ si testes pecunia corrupti non possunt admitti propter publicā vtilitatem:certe sequereť qd nullo casu pñt per partes
21 admitti:et tñ hoc est falsum.†Naꝫ testes corrupti pecunia pñt pduci ꝯtra corrūpentē,etiam ad plenā probationē,tex.est in.c. fi.de testi.cog.z ibi Bal.in fi.ad hoc valde not.illū tex.z dicit ꝙ raro alibi inuenies:sed tu adde similē tex.in.c.j.in ver.primo.si de inuesti.inter dñꝫ z vasal.lis ori.z ibi Bal.ad hoc no.illū tex. z reputat mirabilē:ergo similiter de cōmuni cōsensu vtriusꝗ p
22 tis debent valere tales testes in fauorē pducentis.¶†Vltio ex ꝯclusione glo.tu impugna illud quod singulariter tꝫ Bald. in tit.de pace cōstan.in.xix.col.in ver.ꝑm mores et leges illius ciuitatis:vbi tenet Bal.qd tabelliones sine cōmissione iudicis nō possent recipere testiū iuramentū de cōmuni cōsensu vtriusꝗ ptis:istud non est verū:qꝛ si partes ex toto pñt remittere iuramentū testibus vt hac glo.z.d.c.tuis.quanto magis possunt partes ꝯsentire qd nō noceat prestatio iuramenti testium minus solenniter facta a notario,per regulā.l.vnice. in princi.C.
23 de rei vꝯo.act.¶†In glo.in verbo derogare.ibi vnā sentētiā dando:istā gl.multū no.Ang.z ex ea colligit notabilē limitationem ad.l.fi.C.de legi.vbi dr̄,qd snīa diffinitiua principis lata cū cause cognitione hꝫ vim.l.non solū in illa causa:imo facit ius q̄
24 ad omnes:†eodem modo epistola missa ab imperatore .l.j.in versi.per epistolā.ff.de cōsti.princip.vt nō procedat in inferiori a principe:vnde snīa regis comitis:Marchionis:z similiuꝫ nō hꝫ vim.l.imo si sit iuri cōtraria,pōt rescindi,tanꝗ iniqua.l.j. ff.a qb.app.nō lꝫ.qd est mēti tenendū ꝑm eum:sequunť Raph. Fulg.et Moder.hic:z ad hoc ista glo.est multū sing.ꝑm Lud. hic:sequiť etiā do.Alex.in.l.ciuitas.in vlti.co.ff.si cer.peta.z in consil.cccclxij.qd incipit alias de facto cōsult⁹ rñdi Leonar
25 dū zc.†Sic etiā in simili supplicatio porrecta imperatori habito respectu hꝫ viꝫ libelli z litis ꝯte.l.j.z.ij.C.qñ li.pnci.dat⁹:habetur in.c.significauit.de rescrip.tñ istud nō procedit i alio inferiore:puta rege procōsule:vel epō.tex.est no.in.l.j.z ibi Rap. Fulg.ad hoc not.C.de offic.prefec.preto.affri. vide tñ ad pdicta Ang.in.l.itē veniūt.§.ceterū.ff.de pet.hered.¶Sl.in ver. infirmabitur.diuiditur in tres.In prima timore cōtrarij quod format Bar.dupliciter intelligit tex.In scda ibi:z sic non colli
26 git notabile.In tertia ibi:ꝫ appellať format.q.†Ex pria notat Bart.qd possum implorare officiū iudicis vt declaret snīam esse nullam:prout etiam tenet Bart.in.l.quē sub conditione.§.fi. in fi.ff.de cōdi.insti.z in.l.si expressim.in antepe.colū.ff.de app. cū multis cōcor.vt hic per Alexā.et adde ea que dixi in tex.ad
27 istā ptē glo.¶†Ex vltima parte diligenter nota: quod si appellatur a sententia nulla:quo casu scias quod causa nullitatis deuoluitur ad iudicem appellationis.l.quedam mulier.ff.famil. her.ercis.declarat late Bart.in.d.l.si expressim.certe iudex appellationis potest pronuntiare frustra fuisse appellatum:eo qꝛ sententia erat nulla:hic est gloss.nota.quia si pars que appellauit non prosequitur appellationem: et si appellatio remaneat deserta:non per hoc sententia que erat nulla confirmatur quin ista pars vsꝗ ad.xxx.annos possit de nullitate dicere:ratio est quia sententia nulla non potest,tacito consensu reconualidari: saluo ꝑm Barto.hic:quando sententia esset nulla propter defectū consensus domini:quia,sententia lata contra falsum procuratorem confirmatur,si dominus appellat,quia erat nulla solū propter consensum domini:ita loquitur.l.iij.§.si procurator.ff.
28 rem rat.habe.¶†Extra glo.concludit Barto.quod renūtiatio feriarum etiam facta extra iudicium valet: de quo vide
29 Alber.hic:in.ij.co.z sequen.Subdit Bar.† qd renūtiatio feriarū simpliciter facta intelligitur de presentibus tantum.per l.si ita.ff.de auro z argē.leg.sequitur do.Anto.in.c.fi.extra eo. tene contrarium:vt per Ful.z Alex.hic.

¶Casus in quibus ferie non obstant quot sint.

1 Scholares,habētes cameras ꝯtignas et vn⁹ impedit aliū studere,pꝑter strepit⁹ quos facit vel clamores:vel qꝛ alta voce legat,pōt officio iudicis cōpelli aut tacere aut recedere.
2 Res qñ est tēpore peritura,potest procedi die feriata, vsꝗ ad litis contestationem.
3 Sententia lata non visa relatiōe nuntij:facta de citatiōe,nihil valet.
4 Testes senes et valitudinarij,possunt examinari tpe feriato.
5 Datio tutoris vel curatoris facta in ecclesia valet et tenet.
6 Causa alimentorum censetur pia.
7 Dotis causa an possit tpe feriato tractari.
8 Processus factus tpe feriato,qñ est suspicio de fuga valet.
9 Treuge non prosunt fugitiuis.

Relaxatio

11 Relaxatio carcerati potest fieri tempore feriato.
12 Vulneratus si sit aliquis et dubium est an ex vulnere sit remansura cicatrix iudex pōt adhibere medicos die feriata et facere quod illa die deponant.
13 Actiones non tantum tēpore pereūt: sed etiam morte.

1 **Sed excipiuntur.** ¶ † In isto. §. et in l. sequē. et seq. enumerant cer ti casus spāles, in quib⁹ ferie non obstāt: et in effectu ſm qd di cit Pau. hic reducunt ad duos casus principales. s. ppter causam necessitatis, et causam pietatis: vt dicit tex. in c. fi. et ibi gl. extra eodē. quosdā alios casus addit Spe. in tit. de ferijs. §. ij.
2 † Adde tu aliū casū: nā si sunt duo scholares[a] habētes cameras cōtiguas: et vn⁹ impedit aliū studere ppter strepit⁹ quos facit vel clamores: vel qr alta voce legat. pōt officio iudicis compelli: aut tacere: aut recedere: ita dicit Spe. in ti. de iudi. §. qualiter. ver. h etiā. no. do. Ant. de but. in pemio decre. et in c. inter dilectos. de fi. instr. Mod. in l. j. ipe. co. ff. sol. mat. p tex. in l. vnica. §. fi. C. de stu. libera. vr. ro. lib. xj. certe ista cā expulsiōis pōt tractari die feriata, etiā in honorē dei: ita tz Host. in summa ti. de ferijs. §. fi. ver. sed nunqd magister ɔducit scholas. et Lud. ro. hic: et est rō: qr ista rō respicit publicā vtilitatē. d. l. vnica. §. fi. ergo pōt tractari die feriata vt hic: et l. solet. Item a tali snīa expulsionis nō pōt appellari ſm Bal. in l. vnica. C. si de momē. pos. fue. ap. et ratio, qr talis causa celeritatē desiderat, qñ causa celeritatem desiderat: nō pōt a snīa appellari. l. vlti. ff. de appel. recipiē.
3 ¶ † No. primo ex isto tex. qd qñ res est tpe peritura, pōt pcedi die feriata vsq ad litiscōtestationē: adde etiā in ferijs in honorē dei. c. fi. extra eo. Bar. in l. diuus. j. eo. Cy. in l. fi. C. eo. ti. cum concor. de quibus p Alex. hic: per hoc sequit qd vbi iurisdictio iudicis est finitura, pōt iudex procedere et sententiare etiā tempore feriato in honorē dei: hz Spe. et Jo. an. in ti. de ferijs. §. sequtur. ver. j. post Guil. in l. sciendū. in prin. ff. qui satisdare cogan.
4 Bar. in l. more. in fi. j. e. facit bene tex. in c. fi. de iudi. † Ad idem bene facit, qd lz snīa lata non visa relatione nuntij facta de citatione: nihil valet ſm Bar. in l. hic aūt. §. j. cū simi. per illū tex. ff. ex qui. cau. in pos. ea. fallit vbi periculum est in mora: qr iurisdictio iudicis per statutū limitata expirabat ſm Bal. in l. falsus. i. vij. col. C. de fur. Per ista etiā infert ad tex. in verbo etates.
5 cum gl. † q testes senes et valitudinarij possunt examinari tpe feriato: qd est not. ſm Alb. Bal. et Mod. hic: sicut etiā possunt examinari ante litem ɔtest. ne pereat pbatio. c. qm frequēter. in prin. vt lite nō cōtest. eo. modo causa spoliationis potest examinari tēpore feriato, ſm Specu. tit. de pos. petito. §. j. et ibi Bal.
6 in addi. ver. j. ¶ † Scdo ad tex. in versi. tutores aut curatores. adde qd istud pcedit etiā diebus feriatis in honorem dei: quia est actus q respicit ad pietatē. c. fi. in ver. vel pietas. extra eo. p quē tex. ita tz Alb. hic. Ang. in l. j. in pn. j. eo. Bar. in l. nec mādante. §. dari tutor. p illū tex. ff. de tuto. et cura. da. ab his. Bal. in l. actus. C. de ferijs. vbi multa bona dicit: facit. l. q habet. §. quolibet tpe. ff. de tute. hoc verū nisi in tali datione tutoris vel curatoris requireret inqsitio: et sic esset necessaria cause cognitio. ſm Albe. hic: et Barto. in d. §. dari tutor. Tu pondera istū tex. ad aliud arguendo de tpe ad locum. l. vinum. ff. si cer. pe. qd datio tutoris vel curatoris facta in ecclesia valet et tenet dum modo fiat sine inquisitione: sicut hic: valet tēpore feria. etiaz in honorem dei: et ita tenet no. d. Signo. homode. in ɔsi. xxxj. quod incipit: datus fuit curator generalis: idē tenet Ang. in l. iusiurandū. ad pecunias. §. si de qualitate. ff. de iureiu. vbi refert se ita de facto obtinuisse qd decreta tutele vel cure in ecclesia interposita valent si cause cognitionē non requirunt. ¶ Tertio in tex. ibi: vt officia amoueantur: adde qd si sit questio an aliquis debeat recipi in potestatē alicuius loci: vel non qd ista causa dicitur requirere celeritatē: ideo ferie non obstāt. c. fin. de iud. ita
7 dicit nota. Bald. in l. si pater. C. si pen. ap. mors inter. ¶ † Quarto no. ibi alimenta constituātur qd causa alimentor[b] censet pia:
b ideo potest tractari tempore feriato. ¶ Limita istū tex. duob⁹ modis. Primo vt procedat in alimentis de futuro: secus in ali mentis de preterito ſm Bar. in l. de alimē. in ij. lect. C. de trāsa. Secundo intelli ge in alimentis que debentur officio iudic. vt sunt que debent per patrem filio[c] et econtra: vt hoc text. nam non debentur ni si in casu necessitatis: non autem quando filius posset aliunde se alere. l. si quis a liberis. §. fi. ver. filius. ff. de liberis agno. secus
c si deberentur iure actionis: puta ex stipulatiōe: qr debent extra casum necessitatis ſm Guil. de cu. et Modern. hic: facit qd vult
8 Bar. in l. fi. in princ. ff. de app. recip. † Et p ista infert quid in cā dotis an possit tempore feriato tractari: de quo p Ang. Imol. et Moder. in l. j. ff. solu. matri. ¶ Quid de causa matrimoniali, an possit tempore feriato tractari, ponit Hostien. in titul. de ferijs. §. fi. versi. quid de causis matrimonialibus traditur in cle.
9 dispendiosam. de iudi. Alb. in l. presides. j. eo. † Quinto not. ex tex. ibi: vel rei seruande causa: iuncta gl. que restringit qñ debitor est suspectus de fuga: qr ratione suspicionis fuge valet pcessus factus tempore feriato qd est bene no. ſm Bart. et Moder. hic: imo debitor suspectus de fuga potest per iudicē personaliter capi et incarcerari etiam tempore feriato: et in honorē dei gl. est fin. in l. fi. in ver. fideiussiones. C. eo. quā Bal. et alij ibi sequūtur: et Bar. in l. ait pretor. §. si debitorē. ff. de his que in fraudem cre. Bal. in l. j. C. q ho. ce. pos. et in l. fi. C. de exhi. reis. et dicit Albe. in l. si feriatis. j. eo. q consuetudo illam glo. vbiq approbat: et illa glo. est de iure sing. ſm Ang. et Fulgo. hic. Ang. in l. restituere. ad fi. ff. de rei ven. Pau. de ca. in l. diuus. j. eo. domi. Alex. in consi. ccc. quod inci. circa primum dubium omisso verborum apparatu: eam etiam reputat sin. Bal. in c. fi. in vlti. co. extra de ferijs. et ibi multum ampliat vt illa gl. procedat. non solum quādo ferie sint solēnes sed etiam si sint solenniores vel solēnissime:
10 vt natiuitatis vel pasche dñi: qd bene no. † Item per illam gl. dicit Bal. in c. j. de treu. et pace. in ij. co. qd debitorē meum fugitiuum possum capere etiam tempore treuge: qr tēpora treugarū
11 non prosunt fugitiuis. † Item et tertio adde qd relaxatio carcerati potest fieri die feriato, etiā in honorē dei: et similiter potest ab eo accipi fideiussor de eo representādo: vt hoc modo relaxet a carceribus: ita tz Bal. in l. lecta. ff. si cer. pet. tñ tali die feriato in honorem dei non potest fieri recommendatio et sic extractio persone iam carcerate: qr cū sit in carceribus cessat suspicio fuge: ita Bal. in aut. ei qui iurat. in. iiij. col. in ver. quero dictat sta tutum. C. de bo. auto. iudi. pos. sequit. d. Alexā. in d. cōsi. ccc. per
d illam gl. alias attētaui qd cum bonū sit arg. de tēpore[d] ad locuz et econtra. l. vinum. ff. si cer. pe. l. fi. ff. de triti. quod sicut suspect⁹ de fuga potest personaliter capi tēpore feriato etiā in honorem dei: eodem modo suspectus de fuga poterit capi in domo propā. qd si ē verū est magna limitatio ad. l. plerique. ff. de in ius vo.
12 dixi in d. l. vinū. ¶ † Sexto no. in ver. aut atrox iniuria:[e] intelli
e gendo aliter q glo. ſm Bal. Ang. et Moder. hic: qd quādo aliquis vulnerat: et dubium est an ex vulnere sit remāsura cicatrix: certe iudex pōt adhibere medicos peritos die feriata et facere
13 qd illa die deponant: qd multum exclamat Lu. ro. hic. ¶ † Septimo not. in l. solet. quod actiones non tm tempore pereunt: sed etiam morte: vt sunt actiones que ex delictis oriunt. vt dixi in l. si eū. §. qui iniuriarū. s. tit. j. possunt die feriata expediri: qr celeritatem desiderāt: vt in glo. Glo. tamen in ver. morte. exēplificat tex. si debeas mihi bouē et timeo ne moriat antequam constituā te in mora: sed istud reprobat Guil. Barto. et Albe. hic: ex quo pōt alia via, facilius prouideri. s. per interpellationē extraiudicialem, que sufficit ad constituendum quē in mora. glo. in l. qui, rome. §. coheredes. in ver. testato. ff. de ver. obli. glo. in l. vinū. in glo. magna. in princ. vbi dixi. ff. si cert. pet. potest tñ saluari glo. ſm Ange. et latius Fulg. his casibus: in quib⁹ interpellatio extraiudicialis nō cōstitueret in mora: puta quia esset in bona fide ex probabili causa. l. quod te. ff. si certum petatur.

Jason Padue.

1 ☞ Ferie reuerentiales in honorem aliquorum sanctoruz. an possint de consuetudine induci.
2 Sententia lata tempore feriarum, cum sit nulla non debet habere executionem.
3 Exceptio nullitatis q est euidēs impedit executionē sententie.



Presides. In ferijs inducēdis. localis consuetudo spectatur hoc primo, et vltimo die officij magistratus ius reddere non pōt. h. d. secundo. Et sententia lata tempore feriato non valet, nec meretur executionē nisi de cōmuni partium consensu
1 sit lata. h. d. cū duab⁹. ll. seq. † Et circa tex. in versi. cōsuetudine.
f tangit Alex. hic, an ferie reuerentiales[f] in honorem aliquorū sanctorum possint de consuetudine induci: et eodē mō tolli: vt per eū post Ang. hic: et Bar. in l. puinciarū. in fi. C. eod. per Cano. in c. fi. extra eo. cū multis cōcor. vt hic p Alexand. Circa l. presides. dum glo. opponit de l. a nullo. C. eo. responde melius quā glo. q loquitur in ferijs repentinis, quas iudex propria autoritate nō pōt inducere nec mutare: ex quo publicam vtilitatem respiciunt. In l. pdie: dic vt per glo. et doc. in l. eum q. s. de
2 iuris. omn. iudi. † In l. si feriatis. ibi ne quis iudicatū ferre neve soluere: hic esse tex. qd sententia lata tēpore feriarū cum sit nul
3 la, non debet habere executionem † ex quo infertur ſm Ang. et Moder. hic esse tex. quod exceptio nullitatis q est euidēs, impedit executionem sententie: quid autem esset alias: dic vt per Bar. et alios in l. iiij. §. cōdemnatum. ff. de re iudi. et in l. j. vbi dixi. C. de iuris et facti ignor.

1 ☞ Dilatio pbatoria, nō debet plusq semel concedi.
2 Maior est rō dande dilationis heredi, q principali.

a ¶ Scholares. Adde Feli. in c. fi. in finalib⁹ verbis. de iudi.

b ¶ Alimētorū. Addō mē lā. ff. de ali. et cib. le. Lu. ro. in l. si cū dotē. in §. si maritus. ff. so. ma. Ant. de but. et ab. in c. j. in iij. col. de pba.

c ¶ Filio. ad de abb. i. c. accedēs. in fi. de pcura. Abb. i. c. ij. de cōuer. in fide. in. j. co.

d ¶ Tpe. adde Bart. in l. q plures. i prin. de vulga. et pupil. Bar. i. l. rō. in. §. si p vēditorem. de actio. emp.

e ¶ Iniuria. addō q dicatur atrox iniuria: vide i sti. de iniu. i §. atrox. gl. in c. fi. de dona. c. cū illorū. et ibi gl. et doc. de sen. excō. c. tāta de exces. pl. pe. ti. de legi. in. §. nūc dicam⁹. v. que autem dicatur.

f ¶ Reuerētiales. addō Bar. et Jo. de imo. in l. filiusfa. ff. de dona. Bal. i. l. si feriatis. j. eo. Pe. de anch. i cle. sepe de vb. signif. Bal. in tract. represaliarū. in. iiij. qō.

1 Ratione. †Dilatio pbatoria, non debet plusq̃ semel concedi, nisi ex cā, τ in successore censet iusta causa dande, noue dilationis. b. d. Et in ista. l. tractat, de scda pte rubrice: put etiam tractat. l. fi. j. eo. τ ibi ponam istam materiam. Intellige scdm responsum tex. qd ex paruo ipedimento τ leui cause co-
2 gnitione pcedat scdm Albe. post antiquos hic. †Nam maior est rō dāde dilationis heredi q̃ principali: qr verisimiliter heres succedens in ius alterius ignorat modum probandi. iuxta. l. q in alterius. ff. de reg. iur. ad hoc adde tex. no. in. l. fi. C. si pen. appel. mors interue. τ ita teneas quicquid teneat Pau. de castr. hic: aliter intelligens istum tex. procedat in eisdem terminis: pront ver. primus sed differentia est vt predixi.

1 ☞ Dies est quintuplex.
2 Dies quando incipiat τ quando finiatur, quantum ad diuina officia.
3 Dies quo ad collationem ordinum quando incipiat τ quando finiatur.
4 Dies quo ad esum carnium incipit post cenam.
5 Dies quo ad obseruationem treuge incipit ab ortu solis.
6 Statutum si duplicet penam maleficij: qñ committit in die sacratissime virginis an intelligatur de die naturali.
7 Dies naturalis: licet sit. xxiiij. horarum: tamē illud quod fit de nocte non dicitur proprie commissum de die.
8 Dies vnde dicatur.
9 Terminus si sit statutus a iudice alicui ad cparendū nō specificata aliter hora iuridica, vsq ad mediā noctē pōt comparere.
10 Citatus si quis fuerit p causa criminali: τ ne incarceretur dz dare fideiussorem de se presentando. τ nu. 11.
12 Sententia debet ferri de die non autem de nocte.
13 Appellatio sententie potest fieri de nocte.
14 Ampliatio huius legis.
15 Notarius potest argui de falso si dicat factum tali die q̃uis esset de nocte.
16 Notarius quando ignoraret an esset transacta media pars noctis vel ne: tunc potest dicere actum tali nocte que fuit media intra talem et talem diem.
17 Actus si sit inceptus ante mediam noctē et finitus post, an debeat apponi dies precedens an sequens.
18 Factū inter diem et noctem, intelligitur factum de die.
19 Nox an possit appellari dies: eo quod deseruit diei.
20 Instrumēta facta de nocte, nisi ex cā necessitatis sunt suspecta.

5 tiue appellant̃. Sed datiue creantur absq₃ materia. † Tu adde q̄ magna est vtilitas an actio sit datiua vel natiua: quia actiōes datiue nō sequunt̃ naturā aliarū actionū quantū ad transmissionem ad heredes: nā alie actiones ex cōtractib⁹ trāsmittūtur ad heredes. l. ex cōtractib⁹. ff. de actio. ⁊ obligatio. l. vnica. C. vt actio. ab heredi. §. ex conditionali. insti. de verbo. obli. gl. in. l. ij. C. de pac. inter emp. ⁊ vendito. Sed actiones datiue nō trāsmittuntur ad heredes. ita declarat gl. peregrina paucis no. in. l. cū precario. in gl. fi. ff. de preca. ¶ Sexto pondera tex. ibi actiones incerti. i. p̄scriptis verbis q tex. clarius q̄ alibi assignat rōnem quare ex ꝯtctibus innoīatis oriat̃ actio p̄scriptis verbis: eo quia ipsi ꝯtctus cū sint innoīati sunt incerti: vnde similiter habuerūt actionē incertā ⁊ innoiatam siue gn̄alē. s. actionē p̄scriptis verbis vt declarat Bar. in ru. ff. de p̄scri. ver. ⁊ hoc est q̄d ꝓprie di-
6 cit tex. hic. ¶ † Ultimo pōdera ſm Ang. ⁊ Sal. hic videri text. ineuitabilē, ꝯtra vnā opinionē quā vbiq₃ t₃ Bar. s. in. d. l. cū mota. in. l. cū ꝓponas. C. de dolo. in. l. si intra. j. eo. ⁊ in. l. ex placito. C. de re. pmu. vbi dicit, q̄ in cōtractu noīato do vt facias ex pte illius q debet dare, est contractus innoīatus vt facias ⁊ sic sibi cōpetit actio p̄scriptis verbis: sed ex parte illius qui d₃ facere est contractus innoiatus facio vt des: et ideo sibi cōpetit actio de dolo. l. naturalis. §. q̄d si faciam. ff. de p̄escri. verb. ¶ In contrarium vr̄ tex. hic, vbi ex parte illius q petijt: ⁊ sic qui manumiserit ex cuius implemento nihil adest aduersario, tm̄ nō cēsetur cōtract⁹ innoīatus facio vt des: p₃ q₃ sibi non competit actio de dolo, sed actio p̄scri. ver. Et ita ad hoc etiā pōderat istū tex. contra Bar. Sali. in. d. l. cū mota vbi dixi. Tu rñde clare defendendo Bar. q̄ iste tex. nihil obstat. nā vere hic est cōtractus innoiatus facio vt des: sed ideo nō cōpetit actio de dolo: eo q₃ aduersarius impleuit, quia dedit seruū promissum l₃ fuerit euict⁹, vñ actio de dolo cōpeteret q̄n nullo modo impleisset: prout pleni⁹ dixi in. d. l. cū mota. ⁊ rñdet etiam Pau. de ca. hic. ¶ Capio gl. in verbo vt aliq̄d facias. quā diuide in quatuor ptes. In prima supplet ad tex. In scda q̄rit quare permutatio nō sit cōtractus noiatus. In tertia ponit vnū dictum. In quarta format. q. scda ibi: sed quare. tertia ibi: preterea donatio. quarta ⁊ vltima ibi:
7 itē quid si in pmutatione. † In scda parte quero quare pmutatio nō sit cōtractus noīatus, gl. hic assignat duas rationes que parū valent. Caue tm̄ dum glo. facit mentionem de vestimento re: ⁊ de vestimēto rei interuētu: quia est magna differētia: quia vestimentū re habet solū locū in cōtractib⁹ noīatis qui nō p̄nt sine re celebrari, de q̄b⁹ insti. q. mo. re ꝯtra. ob. ⁊ d̄r vestimētū: re: quia facit actionē cōpetere ad illā rē, q̄ esset deducta in contra-

a ¶ Cōtract⁹ autē innominati. adde gl. in rubri. C. de re pmu. Bal. in rub. d̄ trāſ. extra. in vlti. col.

b ¶ Que sit actio. adde Cy. in. l. cū mota. C. de transac.

ctu:nec plus:nec minꝰ vestimentũ rei interuentu hꝫ locũ in cõ-
tractibus innominatis:⁊ facit cõpetere actionẽ ad aliud ꝙ̃ ad
illud qđ sit datũ:vt si cõueni pacto nudo ꝑmutare librũ cũ veste
nõ possum agere nisi prius impleã qđ ꝯueni,⁊ sic dem librũ: nec
interuentu libri,nõ ago ad id qđ dedi:sed ad vestẽ,ſm Cy.Bal.
⁊ Sali.in.l.legẽ.C.eo.Pau.⁊ Mod.hic:aliã rõnẽ quare permu
tatio nõ sit ꝯtractus noĩatus assignat Guil.hic:qꝛ ad hoc vt sit cõ-
tractus noĩatus reqrit̃ ꝙ habeat spãle nomen ex parte vtriusqꝫ
cõtrahẽtis:vt ẽptor ⁊ vẽditor:sed sub noĩe ꝑmutationis cõtinet̃
vterqꝫ cõtrahẽs.Istã rationẽ reprobãt Ray.et Bal.hic: nã so-
cietas est cõtractꝰ noĩatus vt hoc tex.⁊ tñ vterqꝫ appellatur so-
cius:cõiter tenet̃ rõ quã assignat gl.⁊ ibi Bar.ĩ rub. C.de re.ꝑ-
mu.⁊ illã sequunt̃ Bar.⁊ alij.⁊ Bar.in.l.siue apud.in pe. colũ.C.
de trãsa.¶ Cõtra istã cõem rõnẽ obstat tex.in.l.statuliberi a ce
teris.§.qntus.ad fi.ff.de sta.libe.vbi tex.dicit,ꝙ appellatiõe em
ptiõis.l.xij.ta.oẽm alienationẽ cõplectit̃,⁊ si rñdeas verũ est lar
go sumpto vocabulo:certe dico ꝙ etiã ꝑmutatio ꝓprie ⁊ stricte
sumpta,nõ cõprehẽdit nisi vnã spẽm cõtractꝰ, vt est gl. in.l.j. C.
de re.permu.Dixi ⁊ rationẽ assignaui in.l.ij.in prin.ff.si cer.pet.
⁊ idem tꝫ Bar.in.l.ij.ff.de re. permu. Ad istud rñde dupliciter.
Primo ex v̇bis Bal.in.l.volũtas.in vlt.col.post mediũ. in ver.
scias tñ.C.de fideicõ.qđ olim in ꝑmo(vt ita dixerim) latere iu-
ris ciuilis,anteꝙ̃ supueniret distinctio noĩm in cõtractibꝰ, ap-
pellatione emptionis continebat̃ oĩs cõmutatio ita loquit̃.d.§.
qntus. in fi.sed post factã discretionẽ aliud est. Scđo ⁊ notabi-
lius rñde ex mẽte Bal.⁊ clariꝰ Jmo.in.l.in edibꝰ.§.j.in vl.col.ff.
de dona.ꝙ tex.in.d.§.qntꝰ.nõ voluit dicere ꝙ appellatione em
ptionis oĩs alienatio cõtineat̃:ſꝫ tex.ibi arguit ab idẽtitate rõ-
nis.Nam cũ esset dispositũ, ꝙ statuliber dãdo pecuniam here-
di cõsequeret̃ libertatẽ,si erat venditꝰ:similiter dando pecuniã
emptori cõsequit̃ libertatẽ decidit̃ ibi ab idẽtitate rationis ꝙ il
lud quod statutũ est in venditione habeat locũ in omni aliena-
8 tione.¶ † In tertia parte principali glo.ibi preterea donatio.
habes,ꝙ donatio olim erat cõtractꝰ innominatus, hodie autẽ
est cõtractꝰ noĩatus,cũ solo cõsensu producat actionẽ: idem tꝫ
gl.in.l.fi.ff.de cõdi.ob cãm.⁊ glo.in.l.in edibus.§.j.ff.de dona.⁊
glo.in.l.ij.ff.de cõdi.ob causam.istas gl.reprehẽdit Bar. quia si
donatio olim de iure ffo⁊ũ fuisset ꝯtractus noĩatus:certe cũ pe-
nitẽtia locũ habeat in cõtractibꝰ innoĩatis.l.si pecuniã.in prin.
ff.de cõdi.ob cãm.certe etiã penitentia habuisset locũ in dona-
tione,qđ est cõtra tex.in.l.aristo.in ver.deniqꝫ.ff.de dona.vñ cõ-
munis sñia est qđ donatio ⁊ olim ⁊ hodie sit cõtractus noĩatus.
Et ita tenẽt vltramon.⁊ Cy.in.l.ij.⁊ ibi Bar.⁊ Bal.C. de condi.
ob cãm.Bar.Ang.Pau.de ca.⁊ do.Alexã.hic.Bar.in.l. fi.ff.de
cõdi.ob causam.⁊ in.d.l.in edibus.§.j. ¶ Pro ista cõi sñia duo
stringũt. Primo,quia donatio hꝫ nomẽ spãle, ꝑ qđ decernitur
ab alijs contractibꝰ:ergo est contractꝰ noĩatus ꝑ doctrinã glo.
approbatã in rub.C.de re.permu.Scđo stringit:quia in ea non
est locꝰ penitẽtie.d.l.aristo.in ver.deniqꝫ,nisi debiliter dicas, ꝙ
ibi sit speciale fauore libertatis ꝙ est contra.d.l.si pecu.§.j. Nec
obst.ꝙ olim nõ producebat actionem:quia respõdeo vt ꝑ Bar.
hic ⁊ in locis preall.e.Tu aũt in puncto iuris teneas de directo
contra cõem sñiam,ꝙ imo donatio ⁊ olim ⁊ hodie sit contractꝰ
innoĩatus prout tenẽt Jac.bu.Alb.Bald.⁊ Rapha.fulg. hic:⁊
Fulg.in.l.fi.ff de cõdi.ob causam.Bal.in rub.C.de re.ꝑmu.Jo.
de imo.Rapha.comẽ.⁊ in effectu Lud.ro.in.d.l. in edibus.§.j.
⁊ ibi refert Jmo.ꝙ recolende memorie p̃ceptor suus.d.Frã.de
rampo.tenebat istã partẽ in repe.l.fi.in.vj.oppo. scđe partis. ff.
de cõdi.ob cãm.¶ Pro ista parte omissis leuibꝰ stringit funda
mentũ doctorũ qđ retorqueo cõtra eos.Nam donatio non ha-
bet nomẽ speciale:imo nomẽ generis:ergo nõ est contractꝰ no
minatus:pꝫ qꝛ sub ea cõtinet̃ donatio simplex:donatio ob cãm:
dõatio causa mortis,⁊ legatũ.l.alienatũ.§. dõationis.ff. de ver.
sig.imo etiã aliqñ cõtinet̃ dos.l.fi.in prin.C.de iur.dot. ⁊ si dicis
verũ est large:quia similiter ꝑmutatio stricto modo sumpta nõ
comprehẽdit nisi vnã speciẽ:vt.s̃.dixi.tñ quia large comprehẽ-
dit sub se plures alias species:ideo censet̃ cõtractus innomina
tus.Ad istud fundamentũ rñdet.d.Alexã.hic:ꝙ nihil valet: qꝛ
etiã venditio cõtinet sub se venditionẽ puram.Itẽ venditio.ob
causam.Item venditionẽ sub cõditione.l.tenetur.§.j. ff. de act.
emp.⁊ tñ venditio est cõtractus noĩatꝰ vt hoc tex.Tu dic,ꝙ ista
responsio nihil valet:nam bñ militaret:quando donatio solum
contineret sub se donationẽ simplicem:donationẽ ob causam:⁊
donationẽ sub ꝯditione:quia omnes sunt de eadẽ specie,prout
dictum est in emptione.Sed donatio continet etiã illa que sunt
de diuersa ⁊ alia specie:nam non solũ cõprehẽdit donationẽ in-
ter viuos:sed etiã cõprehendit donationẽ causa mortis: itẽ non
solũ cõprehendit cõtractũ sed etiã cõprehẽdit legatũ.l. legatũ.
ff.de leg.ij.⁊ qđ legatũ est vltima voluntas. Itẽ cõprehẽdit etiã
dotẽ vt predixi:ergo cum donatio comprehẽdat etiã alias dif-
ferentes spẽs dꝫ cẽseri cõtractꝰ innominatus, cũ habeat natu-
ram generis.¶ Et ꝙ donatio sit nomẽ generis probo per tex.
in.l.legatũ.ff.de leg.ij.vbi dicit̃ qđ legatuꝫ est donatio quedã a
defuncto facta:pondera qđ diffinitio debet cõstare ex genere ⁊
differentijs vt no.l.omnis bona diffinitio.ff.de reg.iur.vnde cũ
dicitur in diffinitione legati,qđ legatum est donatio:illud dona
tio ponit̃ vt genus.Et si dicas,qđ donatio non põt esse contra-
ctus innominatus,qꝛ contractus innominati sunt tantuꝫ qua-
tuor qui ponunt̃ in.d.l.naturalis.ff.de prescrip. verb. sub quorũ
neutro cadit dõatio.Jmo.in.l.hoc iure.§.si qs dederit.ff.de do
natio.conat̃ respondere ponderando gl.in.l.si cũ fundũ.in gl. j.
9 j̃.eo.aliter quã ibi Bar.† Tu rñde clare ⁊ fundamentaliter qđ
cõtractũ innominatorũ due sunt species principales. Quidam
sunt contractus innoĩati hincinde respectiui:⁊ isti tm̃ sunt qua
tuor:nec plures esse possent:⁊ de istis loquit̃ dicta.l. naturalis.
Quidam sunt cõtractus innominati simpliciter ⁊ nõ respectiui,
⁊ isti sunt innumerabiles, vt dicit text.in.l.senatus.§.j.ff. de do-
natio.causa mortis ſm Bar.in.d.l.naturalis.in princi.in prima
opposi.Istud clare pꝫ per tex.in.l.si gratuitã.in prin.ff.de p̃scri.
Istud etiã pꝫ.nã pactũ nudũ simplex est cõtractus innomina-
tus:⁊ tamẽ nõ est cõtractus respectiuus vt est gl.in.l.j. in prin-
cipio in gl.magna in fi.ff.de actio.⁊ oblig.quã glo.notat ⁊ sequit̃
Bal.in rubri.⁊ in.l.j.C.de pactis.⁊ eam reputat singu. Bald. in
c.quintauallis. in.ij.col.de iureiurã.⁊ notat Bal.in.l.lecta.in.ij.
col.ff.si cer.pet.Et hoc modo donatio est contractꝰ innomina-
tus simpliciter ⁊ nõ respectiuus. ¶ Tenendo istam partẽ que
in puncto iuris est verior,non obstat.d.l.aristo.in ver.deniqꝫ.in
qua se fundat Bar.quia rñdet Bal.hic:in.iij.q. qđ in contracti-
bus innoĩatis locus est penitẽtie,quando fiunt gratia vtriusqꝫ.
Secus qñ gratia alterius tantũ vt in.d.ver.deniqꝫ gratia dona
tarij tantũ.l.qui rome.§.flauius.ff.de verb.obli. l.ij.C. si seruus
extero.Alio modo respondet Jmo.Rapha.comen.⁊ Lud. ro.
in.d.l.in edibus.§.j.ꝙ ideo in.d.l.aristo.ver.deniqꝫ nõ habet lo-
cum penitentia:eo,quia res nõ erat integra:nam etiã in cõtra-
ctibus innominatis,non habet locũ penitẽtia,quãdo res desijt
esse integra.l.si pecuniã.in prin.ff.de cõditio.ob causam. ¶ Sꝫ
ista est falsa solutio,quia ex parte illius q impleuit ex cuius par
te desinit res esse integra deberet esse locus penitẽtie,si esset cõ
tractus innominatus:licet non ex parte alterius vt habet̃ in.d.
10 l.si pecuniam.in prin.¶ † Tu ergo tertio respõde notabiliter ꝙ
illud qđ dicitur in contractibus innoĩatis habet locũ penitẽtia
procedit in contractibꝰ innoĩatis qui sunt hincinde respectiui.
Et ratio est,quia neutra pars põt conqueri,cuꝫ vterqꝫ liberet̃.
Sed in cõtractu innominato nõ respectiuo non hꝫ locum peni-
tentia.glo.est not.in.l.si fundum.in glos.j.j̃.eo.Jmo.in.l.hoc iu-
re.§.si quis dederit.de donatio.quãuis Bar.in.d.l.si cũ funduꝫ.
aliter intelligat illam gl.Nam pactũ nudum simplex, est cõtra-
ctus innoĩatus non respectiuus:certe ibi non habet locum pe-
nitentia,alias pactũ non haberet effectũ exceptionis,retentio-
nis,⁊ compensationis.l.etiã.ff. de cõpẽsatio.si haberet locũ pe-
nitentia:⁊ ita proprie cõtingit in.d.l.aristo.ver.deniqꝫ.vbi ante
quinquenniũ erat donatio simplex ⁊ non respectiua,ideo cessat
penitẽtia.Et istud est quod etiam in effectu voluit dicere Bal.
11 hic:in.iij.q.vt.s̃.retuli.¶ † In vltima parte gl.No.multũ istam
partem ex qua habes,ꝙ sola oblatio in cõtractibus innomina-
tis nõ hꝫ vim implementi,adeo ꝙ possit agi sicut si vere fuisset
impletũ:imo oblatio nõ impedit quin sit locus penitẽtie: ⁊ hãc
glo.multum notant ⁊ sequunt̃ doc.hic.⁊ Cy.in.l.siue apud acta.
in vlt.q.C.de transac.vide tñ gl.que facit in contrariũ in.l.si tibi
rem inspiciendam.§.fi.in ver.victori.in fi.ff.de prescrip. verbis.
¶ Limita istam no.ꝯclusionẽ gl.quatuor modis. Primo vt ꝓ-
cedat qñ factuꝫ esset promissum:quia factũ non põt impleri so-
la oblatione.Sed vbi promissa esset datio:tũc quãuis sola obla
tio nõ sufficeret vt hac gl.tamẽ si quis offerret ⁊ solenniter cõsi-
gnaret,haberetur ꝓ dato,⁊ sic nõ esset locus penitẽtie.l.j. C.de
rerum permut.⁊.l.acceptam.C.de vsur.Ita notabiliter limitat
Alb.de rosa.hic in fi.Bald.in.l.ex placito.in.xiij. q.C. de rerum
permu.¶ Secũdo limita,nisi cõtractus innoĩatus ordinet̃ ad
nominatum,vt si promitto vẽdere ob certã causam.nam tũc re-
gulatur ſm naturã illius cõtractus noĩati cui magis assimila-
tur.l.j.§.si quis seruũ.ff.depositi.tũc nõ habet locũ penitentia ⁊
tũc oblatio sufficit pro implemẽto.l.labeo scribit.⁊.l. cũ ab eo.
ff.de cõtrahẽ.emp.ſm Bal.in.l.quãuis.C.de trãsa. ¶ Tertio li
mita qñ cõtractus innoĩatus tenderet ad liberãdũ nã cũ nõ ha
beat locũ penitẽtia.d.l.quãuis.certe oblatio haberet vim imple
mẽti ſm Bal.hic:⁊ ĩ.l.si cũ fundũ.j̃.e.ꝑ illũ tex.quẽ ad hoc repu-
tat sin.facit.l.si maior.C.đ trãs.¶ Quarto ⁊ vltimo limita, vt cõ
clusio gl.ꝓcedat quãtũ ad hoc:vt agi possit ad rẽ principalẽ ꝓ-
missam oblatio nõ sufficeret:nec hꝫ vim ĩplemẽti,sed bñ sufficit
quãtũ ad hoc:vt ꝙ agi possit ad penã ꝓmissam,cũ non stet ꝑ eũ,
ita notabiliter

ita notabiliter limitat iſtã gl. Pau.de ca.in.l. ſi pacto quo penã
per illum tex.C.eo. Iaſon Padue.

1 ☞ Implementum cauſe iniuſte,nõ veſtit ꝯtum innoĩatum.
2 Promiſſio quam quis facit de maleficio non faciendo ſub pe-
na valet.
3 Conditio poſſidentis eſt melior in pari cauſa turpitudinis.

1 **Si vt maleficium.** † Implementũ cauſe in-
iuſte,nõ veſtit ꝯtum in-
noĩatum.h.d. ¶ In tex.ibi promiſſum ſcȝ nudo pacto : ⁊ tunc lȝ
cauſa ſequatur,tñ nõ veſtitur pactum nudũ.Et ratio eſt, q2 iſte
debebat gratis a maleficio abſtinere.Unde ſi voluit ꝑmiũ,fuit
turpitudo a parte ſua.l.idemꝙ.§.j.ff.de cõdi.ob tur.cau.⁊.l. fin.
2 vbi pulchre Bal.C.eo.† ſi quis tamẽ promitteret nõ facere ma
leficium ſub pena,valeret ꝓmiſſio:ita no.Bal.in.l. non impoſſi-
bile per illum tex.j.eo.⁊ vide omnino in materia quod notabili-
ter dicit Bal.in fi.C.de cõdi.ob tur.cau.per illũ tex.ꝙ ciuitates
vel principes occupãtes alienas terras,qui nolunt poſtea reſti
tuere,niſi habita pecunia,turpiter accipiũt , ⁊ habitã pecuniaȝ
tenenť reſtituere:nec iuuantur ꝓpter capitula pacis: ex quo im
preſſio eſt turpis,qd vltimũ bene no. ¶ Glo.in verb.nulla,diui-
ditur magiſtraliter in quatuor partes.In pⁱma ponit ratio du-
bitandi vna cum ratione decidendi.In ſcda que eſt ibi:ſiue fuit
promiſſio per ſtipulationẽ.glo.in effectu remouet vnũ ꝯtrium ꝑ
qd limitatur regula huius tex.vt ꝓcedat in ꝓmiſſione facta pa-
cto nudo.Secus ſi interueniſſet ſtipulatio:q2 tũc oriretur actio
mero iure:lȝ obſtaret exceptio.In tertia que eſt ibi.Secus ſi vt
fiat gl.remouet aliud contrarium.In quarta q̃ eſt ibi : ſed quid
de pignore.glo.format.q.In tertia parte glo.dic ꝙ iſta glo.põt
dupliciter intelligi:vt hic per Bar.⁊ plenius bar.⁊ omnes in.l.
3 generaliter.ff.de verb.obli.vbi videas. ¶ † In vltima parte no.
iſtam gl.ſm Ange.⁊ Moder.pro limitatione regule que habet
qd in pari cauſa turpitudinis,melior eſt conditio poſſidentis:⁊
ſolutum nõ repetitur.l.pe.ff.de cõdi.ob tur.cau. Iſta regula ꝓ-
cedit niſi tranſlatum eſſet dñium.ſecus ſi dominium non fuiſſet
tranſlatum,vt in pignore:q2 tũc reus conuenit rei vendicatio-
ne,vt quilibet poſſeſſor.Idẽ tenet glo.in.l.ij.in glo.fi.vbi dixi.ff.
de condi.ob tur.cau.⁊ in.l.ij.C.eo.

1 ☞ Pactum nudum non producit obligationem efficacem: li
mita vt nu.4.
2 Iuramentum an veſtiat pactum nudum.
3 Princeps ſi ꝯmitteret cauſam alicui de veritate ⁊ iuſtitia:intel
ligeretur de veritate cui ius patrocinatur.
5 Pactũ nudũ de iure cano.producit actionem:⁊ etiam in foro ſe
culari.nu.6.limita vt nu.7.9.10.11.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.
24.25.26.
8 Obligationem naturalem contra aliũ non habet de iure cano
nico qui non impiet pro parte ſua.
12 Cõpromiſſum ſi ita ſit factũ,qd arbiter ꝓcedat ſm equitatẽ,po-
terit arbitrari non obſtante exceptione,qd pactũ ſit nudum.
23 Agi poteſt ex pacto nudo in ligis ⁊ treugis.
27 Pactum nudum non dicitur contractus innominatus.
28 Promiſſio ſimpliciter facta in dubio,preſumitur facta ex cauſa
donationis.
29 Lex,ſi quis argentarijs.nunquid habeat locuȝ quãdo in pacto
nudo continetur factum.
30 Extenſio ex identitate rõnis eſt licita in correctorijs , quando
ratio eſt expreſſa in lege corrigente.
31 Extenſio ex identitate rõnis,eſt ſemper licita in limitatorijs.
32 Pactũ nudũ ꝓprie eſt,qñ aliquis ꝓmittit ſine interrogatione.
33 Conſtitutum eſt contractus nominatus.
34 Fideiuſſio cũ etiã ſit cõtractus noĩatus ⁊ acceſſorius ſicut cõſti
tutum,quare ex pacto nudo non producit actionem.

Sed cũ nulla. Cõuentio innoĩata nõ veſtita im
plemẽto iuſte cauſe, remanet nu-
da ideo nõ parit obligationẽ efficacẽ:⁊ ſic nec actionẽ:ſȝ ſi fiat ad
liberãdũ bene parit excep.h.d.Et ideo dũ tex.dicit,nõ poſſe cõ
ſtitui obligationẽ:intellige.ſ.efficacem cum productione actio-
1 nis:⁊ ita expone verbum obligationem.qd.j.ſequiť. ¶ † Not.j.
in ver.igitur.regulam,ad quod allegatur tota die iſte tex.ꝙ pa
ctum nudum nõ producit obligationem efficacem:⁊ ſic non pa-
rit actionem,ſed bene exceptionẽ:ratio huius regule colligitur
ſubtiliter ex iſto tex.hoc modo.Naȝ vbi non eſt cauſa, ibi nõ eſt
cauſatum.l.manumiſſionis.ff.de iuſti.⁊ iur.Sed ratio eſt quod-
dam cauſatuȝ.l.lȝ.§.ea obligatio.ff.de procura.ergo nõ põt ſine
cauſa oriri:ſed pactũ nudũ diciť,cui nõ ſubeſt cauſa : vt in prin.
huius tex.ergo bene ſequitur illa clauſula que poniť in ver.igiť.
Et ad hanc rationẽ adde Bal.in rub.extra eo.in.iij.co. in fi. Et
extẽde iſtã regulã,etiã ſi debitor ſuo iuramẽto ꝯfitereť ⁊ affirma
2 ret nudum pactũ.† Nam per hoc nõ teneretur ſoluere : ita dicit
Bal.in.l.fi.in.ij.col. C.de fideicom. referens ita elegãter tenere
Inno.in.c.j.qd me.cau.an tñ iuramẽtũ veſtiat pactũ nudũ dicã
3 inferius in limitationibus. ¶ † Scdo ad ampliationẽ huius re
gule:adde,qd ſi princeps ꝯmitteret cauſam alicui de veritate ⁊
iuſtitia intelligeretur de veritate cui ius patrocinať:non auteȝ
qd ex pacto nudo agatur:q2 re vera ius ei non patrocinať. Ita
notabiliter Bal.in.l.nemo.in vlt.no.ꝑ illũ text.in fin.de ſen.⁊ in-
4 terlo.om.iudi. ¶ † Iſta regula limitať ſex modis in glo.vbi di-
cetur vltra alias limitationes limita iſtã regulã ꝓcedere de iu-
re ciuili. Secus eſt de iure canonico.c.j.⁊.c.iij.extra eo.gl.⁊ Ar-
chi.in.c.quocũꝙ ſuffragio.xij.q.ij.⁊ glo.⁊ Archi.in.c. iuramẽti.
xxij.q.v.⁊ gl.ij.in.c.j.xxj.q.j.⁊ ita cõiter tenẽt Cano.in.d.c.j.extra
eo.do. Anto.⁊ Imo.in.c.ꝑ tuas.de arbi.Bal.in.l.legitima.in.ij.
co.ſ.eo.⁊ in.l.petens,C.eo.Ang.in.l.ſi certis annis.in.iij.col.C.
eo.Lud.ro.in.l.ij.§.ex his.in vlti.col.ff.de ver.obli. ¶ Pro iſta
cõmuni ſnĩa tria faciunt.Primo q2 inter ſimplicem loquelam,⁊
aliam,ius canonicũ non cõſtituit differẽtiam.c. iuramenti. xxij.
qd.v.Scdo,q2 pactũ nudũ formať iure canonico.d.c.j.⁊.iij.extra
eo.ergo ⁊ legitima conuentio:ergo debet actionẽ ꝓducere.l.le-
gitima.ſ.eo.Tertio facit,qd in foro canonico,ꝓcediť de equita
te.c.dilecti.de iudi.⁊ vbicũꝙ proceditur de equitate, pactũ nu-
dum ꝓducit actionem vt dicã.j.in ſequẽti limitatione. Hinc ex
iſta concluſione infert nota.Ioan.de imo.in.c. quintauallis. in
xix.differentia.de iureiur.ſequitur do.Alex.in.l.j.in.vj.co.ff.de
leg.ij.qd lȝ de iure ciuili cõpromiſſum factũ pacto nudo ſine ad-
iectione pene nihil valeat:q2 laudum eſſet eluſorium.l.nõ diſtin
guemus.§.j.ff.de arbi.tñ de iure canonico valet:cũ ex pacto nu
a do^a oriať actio:⁊ ita de iure canonico derogatur illi.l. nõ diſtin-
guemus.§.j.lȝ iſta ſit cõis opinio, qd pactũ nudũ de iure cano.
producat actioneȝ. Contrariũ tñ tenuit Sali.in.l.legem.in.vij.
q.poſt patruũ ſuũ.C.eo.quem refert ⁊ ſequiť Ange.de are. in.§.
in perſonã.in pe.⁊ vlti.co.inſti.de actio.cũ tex.in.d.c.j. dicat ſuã
obtineat firmitatẽ:ergo apparet ꝙ Papa ibi nihil de nouo ſta
tuit:⁊ q2 non dȝ induci differẽtia inter ius canonicum ⁊ ius ciui
le.Nec per ſubauditos intellectꝰ debet induci correctio iuris ci
uilis:⁊ dicit glo.in.c.cupientes.§.qd ſi per.xx.de elec.in.vj. Tu
cõfirma:q2 lȝ tex.in.d.c.j.dicat,pacta cuſtodiãtur: ꝑ hoc tñ non
ſequitur qd ex pacto nudo oriať actio. Nã etiã pretor in edicto
de pactis dicebat,ꝙ pacta debeãt ſeruari:⁊ tñ nõ vult ꝙ oriatur
actio.§.pretor ait.vbi Bar.dubitat.j.ea.l.imo plus,tex.in.l. pe.
C.eo.apponit dictũ preciſum,qd pacta oĩno ſeruenť:⁊ tñ nõ ori
tur actio:tñ Bart.in.d.§.p̃tor ait.multũ dubitat,q2 imo illa ver
ba,pacta ſeruabo.importãt:qd oriatur actio per regulam.l. ſta
tuas.ff.de acqui.re.do.⁊ dicit qd nõ vidit vnꝙ ſolutionẽ: ſȝ opȝ
preſupponere:ꝙ erãt alia verba in edicto pretoris,ex quibꝰ ap-
parebat,ꝙ pacta nuda nõ producebãt actionem:que verba nõ
ſunt in illo.c.j.Magis facit tex.in.c.iij.extra eo . Sȝ ſimpliciter
rñdetur ad illũ text.Primo qd intelligať in promiſſione facta
per ſtipulationẽ.Scdo ⁊ melius,qd intelligať de ꝓmiſſiõe facta
pijs locis.Tertio ⁊ adhuc meliꝰ,qd text.ĩ ver.opere impleanť.
non intelligatur per viã actionis:q2 corrigeretur ius: ſed intel-
5 ligatur per viã denuntiationis euangelice:vt.j.diceť. ¶ † Te-
nendo tñ cõem concluſionẽ:ꝙ pactũ nudũ de iure canonico ꝓ-
ducat actionẽ.Amplia vt ꝓcedat:nõ ſolũ in pacto nudo:ſȝ etiaȝ
(qd eſt fortius)in ſimplici pollicitatione:ita tȝ.d.Anto.de but.
in.c.ex parte.in vlt.co.de cẽſi. Motus,q2 ſicut ex voto quis obli
gatur ⁊ ꝯpellitur per eccleſiã:vt ibi. Ita etiã ex ſimplici pollici-
tatione ad ſimilitudinẽ voti:idẽ tȝ do.Abb.in.d.c.iij.extra eod.
per illũ tex.in ver.ꝓmittunť.qd ipſe generaliter intelligit,vt lo-
quatur etiã de ſimplici pollicitatione,⁊ ꝓ hoc poterat allegare
tex.in.l.ſciendũ.§.dictũ.ff.de edil.edic.puto in hoc ꝯtrium prout
tenet ſimpliciter do.Abb.in.c.cum inter vniuerſas.circa fin.de
elec. Moueor q2 ſpeciale eſt in pollicitatiõe facta deo vel reipu
blice:vt ex ea agi poſſit: gl.in.c.ſcimus.in glo.j.xij.q.j.item ſpe-
ciale eſt in pijs cauſis ſm Bar.⁊ Bal.in.l.illud.C.de ſacroſan.ec
cle.Io.an.in addi.Spe.in ti.de ceſ.actio.do.Abb.in.c.ex parte.
de cenſi.Imo.in.c.ij.de cõſuetu. ergo in contrarium eſt ius cõe.
¶ Tertio moueor:q2 dictum.c.j.eſt correctoriũ iuris ciuilis:er
go nõ debet extendi:preſertim ad caſum habentem minoreȝ ra
6 tioneȝ:vt eſt ad pollicitationẽ iuribus vulgatis. ¶ † Secundo
extẽde:ꝙ pactum nudũ producat actionem:non ſolũ in foro ca-
nonico:ſed etiaȝ in foro ſeculari:in omnibus terris ſubiectis ec
cleſie ſm Imo.in.c.q̃ in eccleſiarũ.ĩ.xxiij.co.de ꝯſti. Bal.in aut.
ad hec.in.iiij.co.C.de vſu.vbi dicit:ꝙ iſtud procedit non ſolũ in
clericis:ſed etiã in laicis ſubiectis eccleſie:quo ad tẽporalem iu
riſdi. ¶ Tertio adde qd dicit do.Ant.de but.in.c.j.in princ.de
ꝓba.ꝙ corã eccleſiaſtico põt laicus agere pacto nudo. ¶ Quar
to adde:ꝙ iſtud in tm̃ eſt verum:ꝙ non valeret ſtatutum diſpo-
nens:quod ex pacto nudo agi nõ poſſit:ita tenet do. Abb.in.c.
7 dilecti.in.iij.co.de iudicijs.† Limita iſtam communem conclu-
ſionem iuris canonici:procedere in pacto nudo nõ reſpectiuo:

a ¶ Ex pacto nudo. adde bar . i extra naganti.ad reprunẽdã. Ange.in re peti.l.certis annis. C. de pac. archi.i c.ſunt non-nulli.j.qd.j. doct.in.c. j. de pac.

secus est in pactis nudis respectiuis: nã in cõtractibus innominatis ante implementũ non oriť actio. l. ex placito. C. de rerũ pmu.
8 † Adde qď de iure canonico qui nõ implet pro parte sua, nõ hz etiã obligationem naturalem contra alium: ita tenet Bal. in l. cum quis. C. de iur. ꝛ fac. igno. in. ix. col. in ver. vlterius etiã possunt poni exempla: refert ꝛ sequiť Ange. de are. in. §. in personã. in pe. col. insti. de actio. Idem tenet no. Bal. in. l. siue apud acta. in. ij. col. C. de trãsa. vbi dicit, ꝙ iura ciuilia loquentia de cõtractibus innomi. habent locum etiam de iure cano. Unde contractus innominatus nõ parit actionem etiã de iure canonico, nisi post implementum. allegat notabi. in. c. cum inter. R. seniorẽ. de
9 elec. † Secundo limita non ꝓcedere, quãdo pactum esset nudũ ꝛ a verbis ꝛ a causa, tunc etiam de iure canonico nõ produceret actionem, puta si pacto nudo ꝓmitteret tibi. x. sine causa, qꝛ nõ plus valet pactum de iure canonico, ꝙ̃ stipulatio de iure ciuili. Sed stipulatio sine cã de iure ciuili nõ valet in effectu. qꝛ obstat exceptio doli. l. ij. §. circa. cũ gl. ff. de excep. doli. ita limitat Bal. in l. si diuisione. ad fi. C. fami. her. ꝛ in. l. cuz quis. in. ix. col. C. de iur. ꝛ
10 fact. ign. ꝛ in. l. petẽs. ad fi. ꝫm aliquas lectu. C. eo. ¶ † Tertio nouiter limita, nisi pactum nudum fuisset initum dolo vel metu: qꝛ tunc non produceret actionem, etiã de iure cano. nec tunc haberet locum. c. j. cum si. extra eo. qꝛ vbicunqꝫ pactum nudum de iure ciuili ꝓducit actionẽ, iuxta. l. legitima. §. e. ꝛ in casibꝰ hic enumeratis in glo. certe si fiat dolo vel metu est ipso iure nullum: et sic actionẽ nõ ꝓducit, ꝙ̃uis si esset vestituz stipulatione valeret: sed obstaret exceptio vel doli vel metus. tex. est sing. ꝫm intellectum Bar. ibi: in. l. si mulier. §. si dos metu. ff. qď me. cã. fortius ergo idẽ debet esse, vbicũqꝫ ius canonicũ disponit, ꝙ ex pacto nudo oriatur actio: cum ius canonicuz nitatur maiori equitate ꝙ̃ ius ciuile. c. dilecti. de iudi. ptz, qꝛ ꝯctus qui al's de iure canonico firmaretur iuramento ꝯtra dispositionẽ iuris ciuilis tñ vbi interuenerit dolus vel metꝰ, nõ firmať. c. cũ ꝯtingat. de iureiur. c. lz mulieres. eo. ti. in. vj. c. ꝙ̃uis. de pac. in. vj. ꝛ sic habes expeditã
11 primam principalẽ limitationẽ ad regulã huius tex. ¶ † Secũdo fallit, in curia mercatoꝝ, ꝛ vbicũqꝫ procediť de bono et equo ita notabiliter Bar. in. l. quintꝰ. p illũ tex. ꝛ in. l. fideiussoꝛ. §. quedam. ff. manda. Bal. ꝛ Sali. in. l. si ꝓ ea. C. mand. bal. in. l. ij. C. de const. pecu. Sali. in. l. placuit. C. de iudi. ꝙ̃uis cõtrariũ ꝛ male teneat Lu. ro. in. l. filiusfa. in ꝓn. ff. de dona. Adde qď dicit Bal. in c. si pro debilitate. de off. del. ꝫa. qď bonafides requiritur in his qui plurimũ negotiantur: ꝛ in his non differt pactum nudum a stipulatione per. l. j. ff. de consti. pecu. ꝛ §. argen. cũ glo. in aut. de fideiuſ. ¶ Scdo adde qď dicit idẽ Bal. in. c. j. in pe. co. extra eo. de pac. qď ex pacto nudo agũt mercatores ꝛ nũmularij inter se,
12 vt dicit notari in. d. §. pe. in aut. de fideiuſ. ¶ † Tertio adde, ꝙ si in ꝯpromisso dicať, ꝙ arbiter ꝓcedat ꝫm equitatẽ, poterit arbitrari, nõ obstante exceptione ꝙ pactum fuerit nudum: ratio qꝛ equũ est pacta seruari, lz stipulatione vallata non sint. l. j. in ꝓnc.
13 §. eo. Ita tenet Lud. ro. in rub. ff. de arbi. in. ij. co. ¶ † Tertio limita, ꝙ ꝙ̃uis ex pacto nudo non possit agi: tñ verecũdia est denegare promissum pacto nudo. Ita Bar. in. l. quintus. per illuz tex. ff. manda. ꝛ erit magni effectus: qꝛ sicut nõ potest imputari fideiussoꝛi, qñ soluit illud qď principalis per verecundiam negare nõ poterat: ita Bar. in. l. si pecunie. per illũ tex. in fin. ff. de adi. lega. ꝛ in. l. fideiussoꝛ. in fi. de fideiuſ. Sali. in. l. placuit. C. de iudi.
14 ita nec quo ad istď. ¶ † Quarto limita ꝙ ꝙ̃uis ex pacto nudo[a] agi nõ possit de iure ciuili: tñ põt peti executio per viam denuntiationis euangelice, etiam in foro ciuili ꝫm do. Anto. ꝛ Imo. in c. que in ecclesiarum. de constit. per not. in. c. nouit. de iudi. tenet Bar. in extrauag. ad reprimendã. in ver. per denuntiationem. ꝛ ibi ponit practicaz ꝛ formulã huius denuntiationis. Bal. no. in aut. ad hec. in. iiij. co. C. de vsur. ita potest intelligi. c. j. ꝛ. ij. extra
15 eodẽ. ¶ † Quinto attento iuregentiũ, quo pactum nudum erat efficax: vt manu regia mãdareť executioni. iuxta. l. ij. in ꝓn. C. de orig. iu. vnde si adireť imperatoꝛ vel princeps nõ recognoscens superiorẽ, qui locũ imperatoris obtinet, peccaret mortaliter nisi faceret obseruari deductum in pacto nudo: ita tz do. Anto. de but. in. c. que in ecclesiarum. de consti. d. Alex. hic, reprehendẽs
16 Imo. ibi aliter tenentẽ. ¶ † Sexto limita qñ pactũ nuduz esset geminatum, qꝛ scdʒ induceret cõstitutum, ex quo agi põt. l. j. §. debitũ. ff. de ꝯsti. pecu. ꝫm Bal. ꝛ Ang. in. l. si. p illũ tex. C. ad leg. fal. vbi p illũ tex. tenent, ꝙ obligatio naturalis geminata est efficax. Cano. post Bal. in. c. p tuas. de arbi. ꝛ in. c. cũ ꝯtingat. de iureiur. Alb. in. §. quinimo. in. vij. co. ad fi. ꝫ. ea. l. Pau. de ca. in. l. j. in prin. ff. de ꝯsti. pecu. Raph. comẽ. in rub. ff. de vbo. obliga. do. Matheſi. in nota. xxxvij. Lu. ro. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. in. xxxi. fallẽtia. do. Alex. hic: ꝛ in. l. legem. C. eo. Facit bene, qꝛ cõsensus extraiudicialis censeť pactũ nudũ. l. tale pactũ. in prin. ꝫ. eo. Et sic ex ea non oritur actio. l. publia. §. fin. ff. deposi. tamen si cõfessio extraiudicialis sit geminata, habet vim iudicialis: vt ce

[a] Ex pacto nudo. bella. ꝛ Jo. de fantu. i. c. si peccauerit. ij. q. prima.

net Bar. in. l. cuz seruus. in fi. C. de agri. ꝛ censi. lib. xj. ꝛ quod ex ea oriať actio tz do. Abb. in. l. si cautio. de fide instr. Pau. de ca. in. d. l. publia. §. fi. Lud. ro. in. l. nuda rõ. in. j. co. ff. de iureiur. ꝛ in l. sed ꝛ si possessori. in ꝓn. ff. de iureiur. ¶ Ego in ꝯriũ soleo pōderare tex. in. l. si pacto quo penã. vbi late dixi. C. eo. ꝛ tex. in. l. si veritas. C. de fideicõ. ꝛ ꝯsidera si in ꝯrium facit illud qď dicit Bar. hic super vlt. parte glo. fi. dũ dicit, ꝙ constitutũ producit actionem: qꝛ est cõtractus noiatus, ꝛ legitima conuentio: et ibi dicã.
17 ¶ † Septimo limita, qñ in pacto nudo deducitur illud ad quod quis teneba ex dispositiõe legis: qꝛ tũc ex illo pacto tanꝙ̃ lege fomentato, oritur actio: ita colligitur ex glo. in. l. legitima. circa prin. ꝛ ibi clariꝰ no. Bart. Ang. ꝛ Moder. vbi dixi de hoc. §. eo.
18 ¶ † Octauo notabiliter limita, vbicunqꝫ ex inobseruãtia pacti aliquis pateretur dãnuz: tũc sibi competit actio de dolo. tex. est no. in. l. elegãter. §. seruꝰ pactionis. ff. de dolo. ꝛ ibi Bar. ꝛ Bald. ad hoc no. ꝛ dicũt ita limitari totam materiam pactoꝝ: idem tenet Bal. in. l. cũ mota. in. iij. col. C. de transac. Ang. in consil. j. ad fi. do. Alex. hic: ꝛ in. l. si conuenerit. in. ij. co. §. de iur. om. iud. ꝛ in consi. xlv. incip. viso puncto ꝛ his que narranť in eo. in. ij. col. facit bene qď dicit Archi. in. c. quocũqꝫ suffragio. in fi. xij. q. ij. ꝙ lz apud catalanos nõ detur actio ex promisso, tamen catalanus qui detinet viatorem varijs ꝓmissionibus ꝛ inutilibus inuitationibus, tenetur ei de dolo: allegat ita dicere vincentiuz hispanum in proe. decre. quem etiam ibi refert Joã. an. super ver. fratrem. Ray. do. Abb. in. c. cum inter vniuersas. in vlti. co. de elec.
19 ¶ † Nono limita, qñ pactum nudum fieret in iudicio, tunc produceret actionẽ quasi fomentatũ coloꝛe iudicij: ita per plura tz Lud. ro. d. Alex. ꝛ do. Frã. de are. in. l. j. in prin. ff. de verb. obli. ꝛ maxime p tex. in. l. cũ ostẽdimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tu. ꝛ Bart. in. l. tale pactũ. §. qui ꝓuocauit. in vlti. col. ꝫ. eo. per illũ tex. ꝫm intellectum ipsius Bar. ꝛ ibidem plenius Pan. de ca. quãuis cõtrarium ibi teneat Bal. in illo. §. qui prouocauit. per text. in. l. siue apud acta. circa prin. C. de transac. bene facit. l. oẽs. §. in hac. C. de epi. ꝛ cle. ꝛ. l. ne in arbitris. C. de arbi. ꝛ vide Alex. in rub. ff. de
20 vb. obli. in. ij. co. ¶ † Decimo fallit, qñ adesset statutũ, ꝙ instrã guarẽtigionata haberẽt executionẽ paratã: tũc si ibi adesset pactũ ꝓduceret actionẽ, tanꝙ̃ vestitũ statuto ꝓpter instrz, hz bal. in. l. ij. ad fi. C. de execu. rei iudi. cũ ꝯcoꝛ. quas dedi in. l. vlti. §. eo.
21 vbi istud late impugnaui. ¶ † Undecimo fallit, qñ aliqd ꝓmittereť pacto nudo: deinde postea subijcereť iuramẽtũ, tũc ꝓduceret actionẽ, p. l. si quis maioꝛ. C. de trãs. lz al's ex iuramẽto simplici de prestãdo aliqd in futurũ, nõ oriať actio de iure ciuili, nisi in liberto. l. vt iurisiurãdi. in princ. ꝛ ibi Bar. ff. de oper. liber. cũ similibus. ita tenet sub dubio forte do. Matheſi. in no. xj. inci. no. nouam regulam. de quo per Sali. in. l. legem. C. eo. per Lud. ro. qui cõtrarium tenet in. l. j. in prin. ff. de verb. obli. per do. Ant. in
22 c. cũ ꝯtingat. de iureiu. dixi in. l. si quis maioꝛ. ¶ † Duodecimo fallit ꙗ̃tum ad cõscientiã, vbi nõ differt pactũ nudũ, a solẽni ꝫm Bal. in rub. extra. eo. in fi. ꝛ in. c. j. in. ij. co. eo. tit. de quo vide per do. Abb. in. c. literarũ. per illũ tex. de voto. ꝛ qď no. idẽ do. Abb.
23 in. c. sicut secundo. de iureiur. ¶ † Decimotertio fallit, in ligis ꝛ treugis, vbi põt agi ex pacto nudo: eo qꝛ pacta publica nõ egẽt fomento verboꝝ. l. cõuentionum. §. e. ita tenet Bal. in. c. j. in vlti.
24 co. ante fi. extra eo. ¶ † Decimoquarto fallit, in pacto qď vasallus seruiat domino expensis domini, qꝛ etiam si sit nuduz nascitur vtilis actio, nẽ fides careat remuneratiõe. tex. est ad hoc vnicus. in. l. inter socerum. §. cõuenit. ff. de pact. dota. ꝫm Bal. in. c. si
25 cautio. in vlti. co. de fide instr. ¶ † Decimoquinto limita, qď lz naturalis obligatio ex pacto nudo nõ possit intentari ꝯtra aliũ vt hoc tex. tñ negotioꝝ gestoꝛ debet eam intentare contra se ipsum: ꝛ a seipso exigere debitum naturaliter tantũ: sicut si esset debitũ efficax. tex. est in. l. at qui natura. in prin. ff. de neg. gest. ꝑ
26 quẽ tex. ita no. Bal. in. l. cum actũ. in. v. not. eo. titu. ¶ † Decimo sexto ꝛ vltimo limita: qñ pactum nudũ sit sub ꝯditione: qꝛ si conditio eueniat: habetur pro implemẽto: ꝛ facit quod ex pacto nudo possit agi: ita tenet Ang. in. l. cum ad presens per tex. ff. si certpeta. ꝛ in. l. si mora. ꝫ. eo. Bal. in. l. quoniã. C. de rerũ pmu. Tene contrarium prout tenet Bal. in. c. cum inter. P. in penul. col. de renun. ꝛ in. c. cum Joannes. ad fi. de fide instrumen. ꝛ in aut. cui relictum. in pe. col. in. viij. not. C. de indic. vidui. tol. quia resultarent duo specialia contra regulam. l. j. in fi. cũ gl. C. de dot. promis. primo enim, implementũ cõditionis haberet pro causa. l. a titio. ff. de verb. obli. Item etiaz faceret ex pacto nudo oriri actionem. Nec ob. d. l. cum ad presens. quia non loquitur ex pacto nudo sed in stipulatiõe: vt clare ptz ibi in tex. in ver. stipula. nec obstat verbum spõdes ibi positum: qꝛ propter precedẽtia necessario intelligitur de stipula. arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de le
27 ga. j. ¶ † Secundo principaliter no. in ver. igitur nuda. iunctis precedentibus non cauillan. literã vt facit glo. hic esse tex. quod pactum nudum non dicitur contractus innominatus: ꝛ ad hoc allega

allegaᵗ glo.pro singulari.in.l.j.in princi.in glo.magna in fi.ff.de actio.ꝛ obli.tñ illa glo.solũ dicit, ꝙ omẽ pactũ est contractus:et ita eam alle.ꝛ sequiᵗ Bal.in rub.C.eo.ꝛ nõ dicit illa gl. ꝙ sit innominatus.Jllã gl.etiã ꝓ singulari no.Bal.in.c.quintanallis.in.ij.co.de iureiur.vbi dicit ꝙ illa glo.debet intelligi in pacto vestito eo qꝛ pactũ nudũ non est ꝯtus:vel improprie dicitur contractus, qꝛ nõ hꝫ legis adminiculũ.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideiuss.Jtẽ Bald.in.l.lecta.in.iij.co.ff.si cer.pe.q̃rit, an pactũ de per se sit ꝯtus innominatus:ꝛ refert gl.in.d.l.j.dicere ꝙ sic.Sed ipse dicit ꝙ imo,videᵗ dicendũ ꝙ non sit proprie ꝯtractus, nisi qñ habita relatione pacti ad ꝯtractũ resultat cõtractus innominatus: finaliter tenet ꝙ indistincte diciᵗ ꝯtus cum ex eo oriaᵗ obligatio saltẽ naturalis,vt ibi plenius per eũ. ¶ Tu aduerte si queraᵗ an pactũ nudũ sit ꝯtus ꝓprie:ꝛ rñdeo ꝙ non,qꝛ non est vltro citroq́ obligatorius.l.labeo.§.ꝯtus.ff.de verb.sig.sic nec stipulatio ꝓprie diciᵗ contractus eadeꝫ rõne vt dixi in.l.j.s.eo.Si postea queraᵗ,an pactum nudum sit ꝯtus innominatus, ꝛ respõdeo ꝙ sic,ex diffinitione quã ponit Bart.in ver.igitur in hoc.§.ꝙ pactum est qd̃ stat in puris finibꝰ conuentionis in genere:ꝛ nõ transit in speciem alicuius contractus nominati:patet ergo qd̃ pactũ est ꝯtractus innominatꝰ ex quo non habet speciale nomẽ ꝯtractus.¶ Secũdo moueo qꝛ ex pacto semper oriᵗ actio p̄scriptis verbis, in casibus in q̄bus est efficax ad agendũ etiã si nõ resultet ꝯtus innominatus habita relatione pacti ad cõtractũ.Jta dicũt Bar.ꝛ cõiter doc.in.§.quimo.in.j.col.j.eo.vbi diceᵗ ꝑ tex.in.l.in bonefidei.C.eo. sed actio p̄scriptis verbis oritur ex contractibus innominatis. l. quoties.cum glo.ff.de p̄scrip.verb.concludo ergo,quod pactũ nu-

a dumᵃ est contractus innominatus: sed non respectiuus:ꝛ sic nõ est de illis quatuor qui ponũtur in.l.naturalis.j.de p̄scri. vb. prout declaraui.s.in pn.huius legis.¶ Capio glo.in ver.causa que est satis obscura.Jdeo pro eius introitu oppono ꝯtra tex. qd̃ impossibile sit reperiri conuentionẽ sine causa: qꝛ qñ non apparet qua causa sit facta promissio in dubio cẽseᵗ facta ex causa donationis.l.cãpanus.in fi.ff.de ope.lib.gl.ꝛ Bar.in.l.ij.§.circa cum si.ff.de excep.doli.Jn glo.ponuntur in effectu due solu. qd̃ ꝯrium procedit in pacto nudo simplici:sed hoc erat pactum nudum respectiuum,factum ob causam donationis vel alterius facti de futuro:tñ qꝛ non fuerat per te impleta.tex.dicit ꝙ est conuentio nuda:ideo actionẽ non parit,ꝛ ista tenet glo.ꝛ postea stare.Secũda est responsio Marti.qd̃ hic promissio erat facta per errorẽ:vnde etiã si stipulatio interuenisset nõ orireᵗ actio,vt ꝓcederet iste.§.vñ cũ hic promissio sit facta ꝑ errorẽ,non põt p̄sumi facta ex causa donationis.Jsta opinio est falsa ꝛ cõiter reprehenditur per.l.ex placito.C.de re.permu.ꝛ qꝛ tunc orireᵗ actio lꝫ obstaret exceptio.d.l.ij.§.circa.ꝛ Moder.in.l.a titio.ff.de vb. obli.cuius contrarium diciᵗ hic.Ultra glo.Guil.de cu.aliter dicit,ꝙ etiã dato pro vero,ꝙ ista ꝓmissio censereᵗ facta ex cã donationis:ꝛ hodie pacto nudo donationis oriaᵗ actio:adhuc hodie procederet iste.§.qñ in tali pacto nudo cõtinereᵗ purũ factũ,qꝛ isto casu nõ hꝫ locũ.d.l.si quis arg.que solũ ꝓcedit qñ nudo pacto promittiᵗ res vel quãtitas.secus qñ merũ factũ,per duo fundamẽta:vt hic per Bar.Pro habenda veritate duo excutiẽda sunt.primo videndũ est de solutione predicte difficultatis.scdo videndũ est an.d.l.si quis argẽtũ.habeat locũ etiã qñ in promis-

28 sione nuda deduciᵗ purũ factũ.¶ † Circa primũ quantũ ad oppositi.s.factã rñdeo tribus modis.Primo qd̃ p̄suppositũ Guil.ꝛ Bar.est falsum duꝫ dicit,ꝙ ꝓmissio simpliciter facta,in dubio p̄sumiᵗ facta ex cã donationis,prout plenius tenuit Bar.post glo.in.d.l.ij.§.circa.per tex.ẜm eũ clarum in.l.hoc iure.ff.de dona.per.l.cãpanus.in fi.p̄realleg.Tene ꝯrium ꝙmo in dubio potius presumitur per errorẽ vel ex causa fatuitatis q̃ȝ donationis.ꝛ hoc mõ cassabiᵗ obiectũ.Jta tenet glo.or.in.l.gñaliter.in ver.causam.ꝛ ibi Bal.in.cccc.xxvj.opp.ꝛ ibidẽ Ang.ꝛ Sali.C.de nõ nu.pe.ꝛ dicit ibi Ang.se sepiꝰ ita ꝯsuluisse.idẽ tenet Jmo.ꝛ mod. hic:ꝛ in.l.a titio.ff.de vb.ob.Jo.an.in addi.Spe.in ti.de confes. §.nũc videndũ sup v.q̃ est ratio.d.Ant.Jmo.ꝛ Abb.in.c.si cautio de fide instru.Pau.de ca.in.l.si diuortio.ff.de ver.obli.Lu.ro.in.l.generaliter.eo.titu.do.Alex.in cõs.xiij.incip.in his que in themate narrata sunt in.j.volu.difficultas reducitur.facit hec tex.in.l.iiij.§.fi.ꝛ ibi subtiliter ponderat Bal.s.si quis cautio.Nec aliquid facit.d.l.hoc iure.in qua se fundat Bar.q loquitur quãdo expresse constabat ꝙ ꝓmissio fiebat animo donãdi.Sed dubitabaᵗ que cã mouebat ad donandũ.Nõ obstat etiã.d.l.campanus:qꝛ expresse loquiᵗ qñ constabat qd̃ quis ex certa scientia promittebat sciẽs se non teneri quo casu bene videᵗ aio donãdi promittere,ꝫ in dubio aliud esset,put est.in materia nostra. Secundo responde retẽto pro vero,ꝙ promissio in dubio cẽseatur facta animo donandi qd̃ procedit qñ illa promissio sit per solennem stipulationem.secus qñ pacto nudo ne deᵗ cõcursus duo-

rum specialium ẜm Ray.Bal.Ange.Pau.de ca.ꝛ Moder.hic. Bal.in.l.si chirographis.§.fi.C.si cer.pe.Sali.i.l.creditori.in.v. q.C.eo.Pau.de ca.in.l.q dotis.ff.sol.ma.d.Ab.in.d.c.si cautio. d.Alex.in.d.cõs.xiij.Tertio respõde p̄supposito etiaꝫ pro vero ꝙ in promissione simplici presumaᵗ causa donationis:adhuc nõ obstat ꝯrium qꝛ.d.l.si qs arg.hꝫ locũ in donatione vera,ꝛ nõ in presumpta ne duo specialia cõcurrãt ꝙ p̄sumaᵗ donatio ꝛ pactum nudũ ꝓducat actionẽ cõtra glo.in.l.j.in fi.C.de dot.ꝓmis. cũ si.Jta tenet Bar.in.§.quinimo.in vlti.col.vbi late dicã.j.eo.

29 ¶ † Circa scdm nũquid.d.l.si qs arg.hꝫ locũ qñ in pacto nudo cõtineᵗ factũ Gui.ꝛ Ray.ꝛ Bar.tenẽt ꝙ nõ per duo fundamẽta de quibꝰ hic per eos.Jdẽ ꝛ plenius tenet Alb.de ros.in.§.quinimo.in.iij.col.ꝛ ibi Bar.in vlti.co.j.eo. Bar.in.l.si viuis.i.§.pactus.j.e.Bal.in.l.cũ virũ.C.de fideicõ.Ange.in repe.l.si certis annis.in.ij.co.C.eo.ꝛ in.d.l.si qs arg.§.sed ꝛ si qs.ꝛ.s.ea.l.in pn. in vlti.col.do.Anto.ꝛ Jmo.in.c.qualiter.extra eo.Cõtrariũ ꝛ melius tenet Bal.hic allegãs glo.ordinariam iuncto tex.in.l.si cum mihi.ff.de dolo.quã ibi simplr sequiᵗ Bar.idẽ tenet Bal.in l.pacta.q̃ ꝯ.C.eo.idẽ tenet Raph.Ful.hic q audacter ꝛ intrepide dicit esse ita tenendũ cõtra Bar.allegat gl.in.l.ꝓmisisti.§.fi. in glo.vl.ff.de p̄scrip.ver.idẽ tenet Pau.de cast.ꝛ Floria.hic. Sali.in.l.legẽ.in.vj.q.C.eo.ꝛ late Ang.de are.in.§.in personã.i viij.col.ꝛ seq.insti.de actio.Ego istã partẽ teneo ꝛ vtor fundamẽ-a to Bar.ꝯ eũ.Nã in p̄supposito q.d.l.si qs argẽ.esset correctoria

10 tñ † in correctorijsᵇ qñ ratio est expressa in.l.corrigẽte licita est

b extẽsio ex idẽtitate rationis.l.bis solis.in ver.satis tacite cautũ putamus.C.de reuo.donatio.Bal.ꝛ alij in aut. quas actiones. C.de sacrosan.eccle.cũ si.que ibi dixi.Sed in.d.l.si quis arg. poniᵗ ratio in vᵇ.si.cũ enim in arbitrio:ꝛ ista ratio militat etiam qñ in pacto ꝓmittaᵗ factũ igiᵗ ꝛc. Jstud fundamentũ fortius militat qꝛ.d.l.si quis ar.nõ est correctoria,cũ nõ corrigat regulã huius.§.sed tñ limitatoria,qꝛ limitat vno casu.s.in pacto nudo do-

31 nationis.† Sed in limitatorijs licita est semp extensio ex idẽtitate rõnis,vt est tex.i.c.cũ dilecta.§.nos igiᵗ.de ꝯfir.vti.vel inuti.ꝛ ibi adhuc no.d.Ab.ꝛ bo.tex.in.c.post translationẽ.in ver.q̃ȝ.ꝛ ibi ad hoc Bal.de renũ.¶ Tertio facit tex.in.l.si qs arg.in ver. tradere.nã obligatꝰ ad tradendũ diciᵗ obligatꝰ ad factũ.l.si reꝫ tradi.ff.de verb.obli.ad idẽ facit tex.in.§.perficiunᵗ.insti. de dona.quẽ etiã allegat Fulg.hic:vbi donatio ꝑ.d.l.si qs arg.equiparatur venditioni:venditor.aũt nõ teneᵗ ad dandũ,sed ad tradẽdum:sic ad factum:vt p̄dixi.Non ob.fundamentũ Bart.ꝙ obligationes dãdi sunt precise,ꝫ nõ obligationes faciẽdi:aduerte si consideras istas obligationes in natiuitate:ita est precisa vna sicut alia:vnde verũ est ꝙ postea in executione:qui promisit factũ põt soluẽdo interesse liberari.l.stipulationes non diuidũtur.in ver.celsus.ff.de verb.obli.Sed hic agitur de natiuitate actiõis nõ de executione.Teneas ergo indistincte ꝙ.d.l.si quis ar. habeat locũ etiã in pacto nudo ꝯtinente factũ, ex causa donatiõis ꝛ istud plus placet q̃ȝ concordia Jmo.ꝛ Lud.in.l.in edibus.§.j. ff.de dona.que ante eos fuit Bal.in.l.ex placito.in.ix.q.C.de re ꝑmu.ꝛ sequiᵗ etiã do.Alex.hic q dicũt ꝙ aut in donatiõe deducitur factũ merũ,puta ex cã donationis ꝓmitto nudo pacto ire ꝓ te romã:ꝛ tũc nõ hꝫ locũ.d.l.si quis argẽ.ita loquatur opinio Guil.ꝛ Bar.aut in donatione nõ deduciᵗ merum factũ, sed aliquid qd̃ habet vim traditionis : puta ꝓmitto pacto nudo ex cã donationis,quod possis eximere certam cretaꝫ ex fundo meo,ꝛ sic est perinde ac si donarem tibi cretam : ꝛ tũc ex illo pacto oriᵗ actio vel condictio ex lege.ita loquitur gl.in.d.l.si cum mihi.ꝛ in d.l.permisisti.Pro prima tñ opinione potes allegare cõtra vbi factũ ꝓmittitur ibi nõ est proprie donatio:qꝛ nõ est ibi donatio,arguẽdo negatiue.l.senatꝰ.§.donatio.ff.de dona.causa mor. ꝛ.d.l.si quis argẽ.debet intelligi in donatione vera ꝛ nõ impropria:tamen potes respõdere, quod ex quo ratio est ibi expressa in tex.cessat obiectum:ꝛ tenẽdo opinionem quam tenui:solutio Guil.ꝛ Bartol.ad contrarium formatum.s.in glos. nihil valet. ¶ Capio gl.in vbo igitur.quã diuide in tres partes.Jn prima declarat tex.continuando eum ad precedentes. Jn secunda ponit quatuor exempla pacti nudi.Jn tertia ponit fallentiã ad regulam huius tex.lꝫ subijciat ꝛ male,ꝙ in illis casibꝰ pactũ nõ sit nudũ,qꝛ ꝯtinet ꝯrietatẽ:sed dicit vestitum.l.auxilio.ꝛ male,qꝛ non est ꝓprie vestimentum ẜm Barto.vbi dicã in.d.§.quinimo, secũda ibi:sed qd̃ est nuduꝫ.tertia ibi:sed hec regula. Jn prima parte,gl.male dicit,dũ dicit,ꝙ in hoc versi.igiᵗ. Juriscõsultus transit ad ꝯtractus nominatos,ꝛ vult ꝙ conuentio nuda nedũ non pariat actionem in contractibus innominatis:sed nec etiã in nominatis,qꝛ cõtractus nominati eoipso ꝙ sunt producti in esse,ex pacto nudo pariũt actionem:vt hac.l. in prin. nisi salues glo.qñ esset conuentio nominata iuris ciuilis,qꝛ remaneret nuda,nisi spãliter lex ciuilis aliter disponeret ꝫ Bar.in.§.qnimo. in.vj.co.j.eadem.l.nec placet etiam saluatio Alex.intelligentis

¶ Nudum. Adde Bar. i.l.ex cauta. ff.si cer.pe.

¶ Jn correctorijs. Ad de glo.in v. numerãdi.i c.statutum. de rescri.li. vj.gl.in ver. eligat.i cle. j.d elec.An to.de but.i c.olim.de v. signi.

glo. de pacto nudo apposito iuxta ɔctũ nominatũ: q꞉ verba gl. nõ patiunt̃. ℭ In .ij. parte, dic ꝙ pmũ exẽplũ est bonũ ⁊ ꝓprius.

32 † Nam pactũ nudũ est ꝓprie qñ aliquis promittit sine interrogatione: nec obstat qđ dicit gl. de pollicitatis. q꞉ debes scire, ꝙ pollicitatio ꝓprie que fit absenti semp est pactũ cũ semp adsit cõsensus duorũ saltẽ tacitus: cũ presens de cuius cõmodo tractat̃ censeat̃ cõsentire. l. qui patit̃. ff. manda. ita declarat Albe. ros. in §. quinimo. in .ij. co. ĩ. ea. l. Jo. de imo. in cõmento. c. cũ cõtingat. de iureiur. dũ tractat an ex iuramẽto orial̃ actio, ⁊ est de mente Bar. in. l. j. in duobus locis: ⁊ clarius ibi Cy. in .ij. oppositiõe vbi dixi. C. co. d. Alex. in. l. j. ad fi. s. eo. Aliud exemplũ gl. de stipulatione inutili ꝓcedit, qñ partes nõ agebant facere stipula. vt per Bar. ⁊ alios hic: per Jmo. ⁊ Moder. in. l. j. §. fiqs ita. cũ cõcor. ff. de verb. obli. Adde qđ Bal. in. l. cũ qs. in. viij. col. ad fi. ex pñc. sequẽtis. C. de iuris ⁊ fac. igno. dicit se saluare istam gloss. quam Moder. reprehendũt: qđ loquit̃ in stipulatione q̃ reddit̃ inutilis ꝓpter absentiam partiũ: ⁊ ideo ꝓpter talẽ absentiã cẽseri dz ꝙ agebatur facere pactũ nudũ vbi nõ requirit̃ solẽnitas. Adde etiam qđ Bal. in rub. s. eo. in. iiij. co. per istã glo. dat doctrinam: ꝙ ois ɔuentio que fit per nuntiũ, vel per epistolã, si non cadit in ɔctum innominatũ est pactũ nudũ. vltra exẽpla glo. adde aliud bonum exemplum, quando in instrumẽto dicit, ꝙ partes ɔuenerunt. intellige pacto nudo. l. lecta. in ver. cõuenit. ⁊ ibi Bart. no. vbi dixi. ff. si cer. pe. Secus est in x. ꝓmisit. q꞉ qñ in scriptura publica intelligitur p stipulationẽ. §. si ita scriptũ. insti. de inuti. stipu. l. sciendũ. ⁊ ibi Bar. no. ff. de verb. obli. siue in priuata scriptura. l. j. C. de ɔtrahẽ. ⁊ cõmit. stipu. Secus si proferatur a teste. l. j. vbi glo. ⁊ doc. C. de vsur. rationẽ diuersitatis ponit Bart. in. d. l.

33 sciendũ. ℭ † Jn vltima parte gl. habes. vj. fallentias ad regulã huius tex. quas etiam eodem ordine ponit gl. in. l. legitima. vbi dixi. s. eo. limita istas fallentias p tex. sing. in. l. si mulier. §. si dos metu. ꝭm intellectũ Bart. ff. qđ met. cã. ⁊ dixi. s. in tex. inquantũ tñ glo. dicit, ꝙ fallit in constituto. Bar. dicit, ꝙ nõ est bona fallẽtia: q꞉ cõstitutum est contractus nominatus, ⁊ conuentio legiti

34 ma ideo: ex pacto nudo producit actionem. ℭ † Pro intellectu huius solu. Bar. cadit alia difficultas, q꞉ fideiussio cũ etiã sit cõtractus nominatus ⁊ accessori⁹, sicut ɔstitutum, quare ex pacto nudo nõ ꝓducit actionẽ. l. blanditus. C. de fideiuf. Jo. fab. insti. de fideiuf. sup rub. bene assignat rationẽ, quare in fideiussore requiratur stipulatio vt retuli in prin. huius tex. scđa fallentia: tñ ꝭm illã rationẽ etiã ɔstitutũ nõ deberet pacto nudo producere actionẽ: qđ est falsum. §. de cõstituta. insti. de actio. vnde cõsidera qđ Bar. copulatiue duo requirit, ꝙ sit ɔctus nominat⁹. Jtẽ ꝙ sit cõuentio legitima, cõstitutũ enim est cõtractus nominat⁹. Jtem fomentat̃ a. l. pretoria, que est viua vox iuris ciuilis. l. naz ⁊ ipsum. s. de iusti. ⁊ iur. ⁊ qđ in constituto sit propter fomentum pretoris vt actionẽ ꝓducat dicit Bal. in. l. fi. C. ad leg. fa. Alb. de ros. in §. quinimo. in. viij. co. ĩ. ea. l. Nico. de neapo. in. §. de ɔstituta. in. iiij. oppo. glossarum post Jaco. but. ibi: instituta de actio. Nam considerauit pretor quod ius ciuile noluit fideiussorẽ teneri, nisi per stipulationẽ promittat. d. l. blanditus. sed pretor qui potius sequitur equitatem voluit, ꝙ quis constituit pro alio soluere, qui in effectu est fideiussor, oblige pacto nudo: inde est ꝙ fideiussio lz sit ɔtractus nominatus, cum habeat speciale nomẽ contractus, tamẽ non producit actionem, q꞉ nõ fomentat̃ ab aliqua lege, put constitutum a pretore: ideo Bart. duo copulatiue requirit. Et lz cõuentiones iurisgentium nominate, solo nomine dicantur vestiri vt actionem producat vt hac. l. in prin. tamẽ conuentiones iuris ciuilis nominate, vt est fideiussio ex solo nomine speciale non dicuntur vestiri vt possint actionem producere, nisi etiam per legem specialiter fomentent̃, vt expresse declarat Barto. in. §. quinimo. in pe. co. in fi. vbi dicam. ĩ. eo. Que autem ratio sit, quare fideiussor accedat ciuili obligationi sed non constitutũ: dic vt per Barto. in. l. j. ff. de fideiusso. per Bald. in. l. pe. C. de non nume. pecu. Jason Padue.

ℭ Jurametũ. adđ bar. in. l. si qs p eo. ff. đ fideiuf. bal. in. l. actori. §. de re. cre. host, ⁊ doc. in. c. p tuas. de arbi. Arch. in c. quicunꝗ. xij. q. ij. Jnno. i. c. cũ venissent. de i stit.

1 ℭ Distinctio bene tunc adhibet̃, qñ pactum apponitur circa naturalia vel accidentalia contractus.
2 Jnformare est nouam formam dare.
3 Pactum nudum appositũ incõtinenti iuxta ɔctum nominatũ, informat actionem ex illo contractu. amplia vt nu. 4.
5 Pactũ si apponeret̃ in deposito vel cõmodato incontinenti de adeundo romam: illud pactum non informaret.
6 Actui inesse dicuntur que incontinenti fiunt.
7 Testis potest incontinenti corrigere dictum suum.
8 Postea et post differunt.
9 Quinimo est ɔiunctio cõtinuatiua: implicatiua ⁊ aduersatiua.
10 Aduersatiua debet aduersari his que sunt eiusdem generis.
11 Vestimentum nunquid reperiatur coherentia contractus.
12 Actio ex vendito que sui natura est bonefidei, qñ informatur vt competat ad deductum in pacto, efficitur stricti iuris.
13 Pactorum octo sunt vestimenta.
1 vsq; ad. §. si pretor. ¶ †Nota primo ex tex. ibi, necesse est pretorē hoc probari aperte in tex. qd si alicui relinquitur fundus ad alimenta, nedum proprietas illius fundi pro tēpore vite sue est sua, sed etiā trāsit ad heredē, hoc probat tex. dum dicit qd debet distrahere cū autoritate pretoris: sed si deberet redire ad heredez testatoris, nō posset effectualiter alienari, etiā cū autoritate pretoris: q; esset subiecta restitutioni. l. marcellus. §. res que. ff. ad
2 trebellia. l. fi. §. j. C. cōia de leg. ⁊ de hoc dicam in glos. ¶ †Secūdo no. in versi. sed ⁊ si pluribus: qd, queadmodum transactio alimentorum est prohibita cum extraneo: ita etiā est prohibita in-
3 ter se. †Et istud inducitur per Guil. de cu. Alb. Bar. ⁊ alios ad illam alterā questionez: nam emphyteute vel vasalli nō possunt alienare in extraneū sine cōsensu domini. l. fin. C. de iure emphy. an possint alienare inter se sine cōsensu domini, iste text. facit qd nō. ⁊ ita tenet glos. hic, cōtrarium determinat Bart. quem vide. Ista decisio Bart. quāuis non impugnetur per scribentes hic, tamē est falsa, q; Bar. hic ⁊ vbiq; fundat se super falso fundamento: nam qñ sunt plures heredes emphyteute: obligationes diuiduntur ipso iure pro rata. l. pro hereditarijs ⁊ toto titulo. C. de here. actio. pone modo qd isti fratres velint vendere, puta tres ipsoꝝ quarto, qd nō possint vēdere ei, facit ratio Bart. q; ibi est obligatus tantū ꝓ quarta portione sua. pro alijs est penitus extraneus. l. cū a matre. C. de rei ven. ergo idē est, ac si fieret alienatio in extraneū. de veritate tñ plenius traditur in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de ver. obli. ideo hic nō tango: maxime quia alias dixi latissime. vbi credo verā distinctionem posuisse in. l. fi. C. de iure emphy. ibi vide: q; alij hic vltra Bart. nō tangūt: ⁊ vide per do. Alexā. in cōsi. clxxxix. in. ij. volu. incip. viso ⁊ mature discusso. in. iij. col. ¶ Tertio no. ex versic. arbitratu. qd tāta solēnitas requiritur in alienatione partis: ꝙ totius: ⁊ ideo succedit regula: qd est bonū argumentū de toto ad partē: vt hic, ⁊ ad hoc allegatur. l. que de tota. ff. de rei. ven. ⁊ glo. in. l. qui sic. ff. de vsur. que ad hoc allegauit infinita iura. de quo ibi vide, q; ista est via brocardica. ¶ Glos. in verb. si vni diuiditur in tres. ¶ Primo format questionem ⁊ solu. Secundo ponit dictum. Tertio contra illud oppo. ⁊ non sol. secūda ibi: ⁊ si quid etiam vltra. tertia ibi: sed argu. cōtra. ¶ In eadē glos. ad fi. Ex tota glos. habetis tria principaliter no. Primo qd ille cui relinquitur fundus ad alimenta: intelligitur habere plenā proprietatem totius fundi. scdo habetis, qd illud dominiū et illa proprietas non durat nisi tempore vite alimentarij. Tertio habebit contrarium formatum ⁊ nō so-
4 lutum. ¶ †Circa primum nunquid ille cui relinquitur fundus ad alimenta, intelligitur habere plenā proprietatem. glos. cōcludit qd sic: ⁊ ista est vera ⁊ cōis, quāuis Oldr. laudeñ. quē referūt Albe. ⁊ Bal. aliter teneant. ⁊ .j. dicetur: ⁊ istam opi. glo. tz Bart. in. l. iiij. ff. de alimen. lega. cum aliquibus tamen limitationibus que colligūtur ex traditis per Bart. ibi. Idem dicitur in eo cui relinquitur fundus ad vsumfructū vel ad habitationem: q; habet plenā proprietatem: et vsusfructus intelligitur causalis: ita tex. ibi, Bar. ⁊ alij notabiliter in. l. donatiōes. §. species. ff. de dona. multū no. Bal. in. l. ij. C. de inoffi. dona. ibi tñ nescio quo spiritu distinguit: an relinquatur a patre vel extraneo. ⁊ Bal. in. l. j. in. ij. col. C. de fru. ⁊ lit. expē. ⁊ Bal. in rub. C. de iure emphy. glos. Cy. ⁊ Bal. in. l. si mulier. C. de iure dotium. eodem modo si testator dicat, relinquo fundū ad gaudiū. quia intelligitur ꝓprietas relicta. ita singulariter tenet Bal. in. l. si habitatio. §. sed si. ff. de vsu ⁊ habi. est verū qd Bar. in. d. l. libertis. ff. de alimē. leg. videt distinguere, an dicatur relinquo alimēta ex tali fundo: an fundū
5 ad alimēta: vide ibi per eum. ¶ †Circa secūdam conclusionem quod tale legatum alimētorum non transmittatur ad heredes: eam indifferenter reprehendūt Barto. ⁊ omnes hic, per tex. expressum in. l. iiij. allega. in glos. Et vltra Bar. contra glos. distinguit tex. noster inducēdo vt dixi in tex. q; tex. hic vult qd iste possit distrahere dūmodo interueniat autoritas pretoris: sed si extingueretur eius morte, non posset alienari effectualiter, q; esset subiectus restitutioni. l. fi. §. j. C. cōia de le. Est verū qd Bal. vult respōdere: qd istud interim pōt alienare: sed alienatio nō trāsit vlterius: sed est violare tex. et sic eam cōmuniter reprehendunt omnes: et sic iungendo vtrāq; conclusionem glos. fac regulā: qd ille cui relinquitur fundus ad alimēta, vel ad gaudimentum, vel ad vsumfructum: habet plenum dominiū, et non finitur morte. Istam regulam limitat Angel. vt procedat quādo relinquitur ei qui est capax dominij ⁊ ꝓprietatis, sed si fieret alicui qui tantum esset capax alimētoꝝ secus esset, vt in fratribus minoribus per cle. exiui. de verb. sig. allegat. l. seruos. ff. de ali. leg. ⁊ vltra eū facit, q; verba in dubio sunt intelligenda fm conditionem personarum. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu ⁊ habit. ¶ Circa tertium scz circa cōtrarium in glos. formatum, licet glos. allegat simpliciter legem qui duo, sunt due leges, vna incipit de duo. alia is qui duo. est secūda, ⁊ de ea oppo. ⁊ sol. glos. in. l. fi. ff. de vsufru. earum rerum que vsu consu. glos. hic nō respondet cōiter ⁊ doc. respondent, qd ibi est ꝓpter vnitatem sermonis. ¶ Glos. in verb. nō debet: primo colligit no. seu argu. secūdo oppo. ⁊ non solu. secunda ibi, argu. cōtra, C. de fideicō. In fi. glos. pro solutione. l. voluntas alleg. in glos. dic, aut est eadē equitas vtroq; casu: et tunc est idē ius: aut cessat ratio ⁊ equitas: ⁊ tūc cessat dispositio. ita loquitur l. volūtas. C. de fideicō. ¶ Glos. in verb. obligatus. in fi. glos. qñ fundus relinquitur ꝓ alimētis tali modo qd nō sit relicta ꝓprietas, concludunt oēs qd intelligitur obligatus per iura allegata hic per Bar. quē vide. ¶ Vltimo no. glo. paruā hic in verb. trāsactione, quā no. Bar. in. l. nulli. j. eo. Iason Papie.

1 ¶ Omissio solēnitatis, ipso iure vitiat actum. ⁊ nu. 3.
2 Solennitas leuis que dicatur.
4 Reus si velit facere examinari testes ad perpetuā rei memoriā, quis erit iudex competens.
5 Mercator si habeat merces cōmuni periculo ⁊ in locis multum remotis, si casu pereāt: poterit ibi facere examinari testes, ad ꝑpetuam rei memoriam.
6 Depositio ⁊ oblatio pecunie, vt impediat cursus vsuraꝝ, dz fieri corā iudice qui alias haberet de ipsa causa cognoscere.

Si pretor. Transactio facta cum pretore super alimentis, causa nō cognita, nihil valet. primo. Et ea que sunt mixti imperij non delegantur. hoc secundo. Et ille est iudex cōpetens ad autorizādum, corā quo causa esset principaliter agitāda. hoc dicit cū ver. sequen. vsq; ad. §. si cum
1 lis. ¶ †No. primo ex isto tex. fm Bar. ⁊ omnes vnum ad qd millies allegamus hūc tex. qd omissio solennitatis, ipso iure vitiat actum: adeo qd tex. hic dicit nullius est momēti: intellige tantū istud procedere qñ esset solennitas grauis ⁊ substantialis: sed si esset leuis solēnitas: illa non vitiat actum. l. j. in fine. ff. de ventre inspi. fm cōmunem intellectum: ⁊ ideo dicit Bar. qd in inuentario omissio crucis, que apponi debet in prin. non vitiat. Et verum qd Fulg. hic dicit qd doct. errant: q; imo ille tex. in. l. j. §. pe. probat qd leuis solennitas semper vitiat actū: nisi in rustico: vel qñ aliter se haberet cōsuetudo: sed de hoc soleo dicere in dicta. l.
2 fi. in prin. C. de iure delibe. ¶ †Pulchrum est videre que dicat
a leuis solennitas[a]. ⁊ Barto. hic melius ꝙ alibi declarat: et alias mihi fecit honorem in testamento ceci. nam debet in testamēto ceci inter ceteras solennitates, de quibus in. l. hac cōsultissima. C. qui testa. fa. pos. precedere institutio heredis. vt ibi: ⁊ ita not. Bar. ibi, qui dicit qd ɔtrarius ordo haberet vitiare. Ego ɔsului cōtrariū: q; illa est leuis solēnitas per dicta Bar. hic. dicam la-
3 tius. in. d. l. hac consultissima. †Et ad istud no. qd omissio solennitatis hz vitiare. vide Ludo. ro. in consi. cciij. incip. quo ad primum cōsultationis ar. quo queritur, an ipsa bānimenta ⁊c. vide etiam singu. in. l. j. C. de senten. ex peri. reci. vbi singulariter limitat dictam regulam. Illud etiā no. qd vbi pro solennitate actus plura solēnia requiruntur: ⁊ si deficit vnum, non sunt alia reintegranda: quia actus est in totum nullus. ita Inno. in. c. j. de sacra men. nō reiteran. ⁊ refert Ang. hic. Item ad istam regulam huius tex. adde qd dicit Bal. in. l. fi. in. ij. col. C. de suis ⁊ legi. qd forme nihil addi vel detrahi potest. Item adde tex. in. l. cōstitutionibus. in fi. ff. ad muni. Item adde qd omissio forme in qualibet minima parte, vitiat totum ꝓcessum. ita not. do. Anto. de butr. in. c. pisanis. in. vij. notabili. de resti. spo. Item adde qd ista regula ꝓcedat etiā in actu pio ⁊ fauorabili: vt est tex. in. l. qui rome. §. flauius hermes. ff. de verbo. obli. fm Bal. in. l. testamentum nō ideo. in. ij. notabi. C. de testa. Bal. in. l. si pupillus. in prin. per gl. ibi. ff. si cert. pet. ⁊ in. l. fi. C. si māci. ita fuerit alie. ne prosti. ⁊ in. l. ij. C. si minor se maio. dixerit. ¶ Limita istam regulaz notabiliter non procedere quādo talis forma vel solennitas non est magne importātie cōsiderato effectu. ita colligitur ex his que notabiliter decidit Pau. de ca. in. l. vniuersis. C. de preci. imp. offe. post Bar. ibi. ⁊ in. l. obseruare. C. de decur. li. x. ¶ Secūdo no. ex tex. sed ⁊ si nō omnibus. text. not. per quem Fulgo. multum inuehit contra pretores ⁊ iudices. qui interponunt decretum causa nō cognita: quia prius de tribꝰ cognosci debet: vt hoc tex. ¶ Tertio no. ex tex. in versi. sed nec mādare: quod cū transactio super alimētis requirat plenam cause cognitionem, ⁊ expediatur officio iudicis nobili, ad priuatam vtilitatem deciditur quod delegari nō potest, vt vidistis in. l. ne quicquā. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. ⁊ leg. ¶ Vltimo not. ex ver. transactiones: si queratur quis sit iudex cōpetens ad interponeñ. autoritatez in trāsactione alimentorum: q; est ille qui de causa principaliter cogno-
4 scere haberet. ¶ †Et ꝓ hoc dicit sing. Bar. hic: ⁊ bene no. pone reus vult facere examinari, testes ad perpetuam rei memoriam

a ¶ Que dicatur leuis solēnitas. Ad de Bar. i. l. j. in fi. ff. de ven. inspici.

iuxta.c.quoniam frequenter.extra vt lite non contestata.quis erit iudex competēs,⁊ dicit ꝙ est iudex qui de causa cognoscere haberet:⁊ cū eo tenēt Ang.Fulg. Pau.de ca.hic.⁊ ita tꝫ do.Ant. de bu.in.c.si clericus laicum.extra de foro compe. Istam decisionem limitāt Ang.⁊ Fulg.hic,nisi necessitas requirat ad examinandū testes in alio loco:qꝛ necessitas non subiacet legi.l.j.ff.de offi.pcon.⁊ dicit Ang.qđ alias Padue ipse obseruauit.allegat
5 tex.no.in.l.quoties.C.de naufra.lib.xi. ¶ †Secūdo limitaẜ doctrina Bar.hic.ex eo qđ dicit Bar.in.l.si quis nauicularius.per illum tex.C.de naufra.li.xi.vbi dicit qđ si mercator habeat merces cōi periculo ⁊ in locis multū remotis,si casu pereāt,poterit ibi facere examinari testes ad perpetuā rei memoriā:⁊ illam decisi.Bar.ibi exclamat Ludo.ro.vsqꝫ ad celū,in repetitio.l.si vero.§.de viro.in.l.iiij.fallentia.ff.sol.ma.vbi dicit se consuluisse:et ibi alias ponit limitationes.allegat dños de rota.sed qꝛ nō in-
6 ueni decisiones dñoꝝ de rota nō refero.†Adde ad hāc decisio. Bal.in.l.exceptā.i.xiij.q.C.de vsur.vbi dicit qđ depositio ⁊ oblatio pecunie,vt impediaẜ cursus vsurarū debet fieri corā iudice qui alias haberet de ipsa causa cognoscere. ¶ Glos.in ver.nullius momēti.vltra glos.aliter etiā respōdet Guil.⁊ Albe.hic.et refert Bar.ꝫ.ea.l.§.penul. Jason Papie.

1 ☞ Tutores ⁊ curatores possunt transigere si sit lis.
2 Minor habet restitutionem ex actu,per quem est lesus.
3 Pars potest renuntiare sententie ⁊ instrumento.

Si cum lis.

Non valet trāsactio facta super lite ficta q̄ in cōsequentia fit super alimētis
1 nisi cū pretore.h.d. ¶ †Ex isto.§.infert Bar.ad duas questiones.Prima est,tutores ⁊ curatores possunt transigere si sit lis. dicit Bar.qđ si fingatur lis,nihil valet.facit.l.preses.C.de trāsa-
2 ctio.in verb.ambitiose. ¶ †Secūdo infert Bar.qꝛ minor habet restitutionem ex actu per quem est lesus,pone ꝙ statutum qđ a sententia arbitratorum nulla admittatur appellatio,vel reductio ad arbitrium boni viri,vel restitutio etiā si sit minor: pone qđ fingam litem cum minore,vt lesus nō habeat restitutionem, an valeat:⁊ dicit qđ nō.ad hoc vide qđ dicit Bal.in.l.cum allegas.in quarta oppo.ꝫ.de vsur.⁊ qđ decidit Bal.in autẜ.hoc ius
3 porrectum.in.v.col. C.de sacrosan.eccle.† Et per istū tex.ego in l.j.ꝫ.eo.reprehendi vnam cautelam Ang.quam ibi ipse ponit:⁊ adhuc reprehēdo.dū dicit,qđ ad hoc qđ valeat compromissum post rem iudi.debet vtraqꝫ pars dicere,qđ intelligatur esse lis super omni eo super quo fuerit iudicatum.Et Ang.hic per istū tex.corrigit errorem suū:⁊ dicit qđ illa clausula nihil valet:qꝛ lex resistit ⁊ compromissum est factū ad lites tolleñ.l.fratris. C.eo. est verum,vt dicit Ange.qđ pars posset renuntiare sententie et instrumento si vellet:⁊ istud etiam ponunt Bal.⁊ alij in.l.si causa cognita.C.eo.titu.

1 ☞ Solutū ex cā trāsactionis inualide nō potest repeti per condictionem indebiti:sed per condictionem sine causa.
2 In mutuo cōpetit certi cōdictio cōtra accipientē mutuum.

Si eidem.

Solutum ob trāsactionem inualidā conuertitur in aliud debitum vel in alimēta preterita,al's vt indebitū repetitur.h.d.vsqꝫ ad.§.si in singulos
1 annos.glos.in verb.imputabiẜ.†In ea.glo.ad fi.tenetis ex glo. qđ solutū ex cā trāsactionis inualide,non potest repeti per condictionē indebiti:sed per condictionem sine cā:⁊ ratio diuersitatis est ẜm glos.quia licet alias illud qđ soluitur esset indebitum tñ ex quo soluitur ex cā transactionis,istud sufficit ad impediendum condictionem indebiti:lꝫ Barto.nec doc.aduertant,puto qđ glo.male dicat:⁊ qđ nedum per condictionem sine causa,sed etiā indebiti potest repeti.nec est verū qđ dicit glos.qꝛ eius ratio procedit quādo transactio non est ipso iure nulla.sed quādo est penitus inualida,non impedit quin possit per condictionem indebiti repeti:⁊ istam glos.reprehēdunt in specie:⁊ bene Albe. et Fulg.hic. ¶ Glos.in verb.factus est locupletior:timore contrarij ponit duas solutiones:⁊ sic duas habet partes. Secunda
2 ibi:vel aliud in cōdictione indebiti. ¶ †In ea.glo.ibi.§.si pecuniam.Ista prima solutio reprehēditur per oēs:quia diuinat ad text.cōmuniter ergo tenetur secūda solu.glos.qđ in mutuo certi cōdictio indistincte cōpetit cōtra illum qui accepit mutuū:siue recipiens mutuum sit factus locupletior siue non:puta qđ eueniat casus fortuitus.l.incendiū.C.si cer.peta. Sed nos loqmur in certi cōdictione ex mutuo.Sed in condictione indebiti vel sine causa que qꝛ causatur ex equitate:equitas non patitur vt teneatur nisi in quātum est factus locupletior.est verū qđ est differentia inter maiorem ⁊ minorem:quia in maiore sufficit,si semel est factus locupletior:licet non duret:sed si est minor requiritur qđ duret.Ista differentia probatur in.l.sed an vltro.§.j.ff.de nego.gest.iuncta.l.in pupillo.ff.de solu.et ita non declarat Ange. hic. Jason legens Papie.

1 ☞ Transigi an ⁊ quando possit super legato.
2 Legatum annuum si fiat diuiti,non presumitur ad elimenta.
3 Promitto decem alicui quo ad viuam:an intelligatur decē annuatim:an vero semel tantum.
4 Uxor relicta massaria ⁊ vsufructuaria,quomodo intelligendū.

Si in singulos annos.

De relicto annuo facto diuiti,pōt transigi sine pretore.Secus si sit factum pauperi.h.d.ẜm Bar.⁊ doc. ¶ Glo.in ver.si in annos.pmo diuidiẜ in duas partes,ẜm ꝙ ponit duas differētias:⁊ sic duos intellect⁹ inter principiū hui⁹.§.⁊ ver.ceterā.Scđa ibi:vel aliter pma pars. Rursus scđa pars subdiuidiẜ in quatuor particulas.pmo facit qđ dictū est:qꝛ ponit.secundā differentiā.Scđo pro illo intellectu allegat cōcor.tertio cōtra illū intellectū opp.⁊ sol.quarto colligit notabile ex tex.⁊ allegat cōcor.Scđa est ibi:⁊ pro hoc casu facit.Tertia ibi:sed hoc non valet.Quarta ibi:⁊ sic nota ẜm hunc casum. ¶ In ea.gl.ibi,nō valet trāsactio lꝫ Bar.recedat ab hoc primo intellectu mihi videẜ sustētabilis multū:⁊ ẜm eū litera plane pcedit,quā probat tex.in illa aduersatiua ceterum,iūctis verbis alimētorum vice:⁊ istum intellectum tenent Angel.⁊ Fulg.hic. ¶ In eadem gl.ad finem,istum scđm intellectū in effectu tenēt
1 Guil.de cu.Bar.⁊ magis cōmuniter omnes.†Et pro clara intelligētia dicunt prefati doct.si queraẜ,an ⁊ quando super legato possit trāsigi:aut sumus in casu claro,ꝙ non sit ad alimenta: ⁊ tūc trāsigi pōt,inspectis cognitisqꝫ vel his testamēti.l.de his. ꝫ.eo.aut est relictum ad alimenta:⁊ tunc dꝫ interuenire autoritas pretoris,siue fiat diuiti,siue pauperi,vt hic per Bar.⁊ ista distinctio mihi multū placet:lꝫ Ang.ponat vnum verbum cōtra,
2 nō curo referre.†Ex ista doctrina habetis no.qđ legatū annuū si fiat diuiti,nō presumitur ad alimenta:si fiat pauperi presumiẜ ad alimēta,⁊ est no.ad.l.si cui annuum.ff.de an.leg.⁊ ita tꝫ Bal. in autẜ.ingressi.C.de sacrosan.eccl. ⁊ in.l.antiquitas.C.de vsufr.
3 Quid autem† esset in cōtractibus,si promitto.x.alicui quo ad viuam,an intelligatur.x.annuatim.⁊ sic ad alimenta:an vero semel tantū:qꝛ qđ dicunt doctores hic,procedit in vltimis voluntatibus.Ponit Bart.in.l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de verb.obli. ⁊ dubitat,dicit tñ se credere,qđ debeat distingui vt per istuꝫ tex.
4 vt ibi no.per eum. ¶ †Ultimo vnū volo vos no.qđ ponit Bal. hic:scitis,qđ mariti relinquūt vxores dominas massarias ⁊ vsufructuarias,quid importent ista verba,consuetudo vbiqꝫ est interpretata,qđ si habet filios legitimos ex eo marito,debet habere tantum alimēta,alias plenū vsumfructum.ita glos.in autẜ. hoc locum.C.si mul.secū.nup.Bar.in.l.titia.§.titia.in.ij.colum. ff.de leg.ij.dicit hic singu.Bal.qđ ista doctrina procedit,quādo ista tria verba simul ponūtur:puta,relinquo vxorem dominam massariam ⁊ vsufructuariam. secus si dicat tantum vsufructuariam,debet habere plenū vsumfructum etiam si haberet filios legitimos.adde qđ idem tenet notabiliter Bal.in.l.si pater.C. de vsufru.idem Bal.in.l.fi.C.de indi.vidui. tollē.Bal.⁊ Sali.in autẜ.hoc locum:⁊ ibidem Alber.C.si mul.secū.nup.et ibi Odofr. qui dicit ita sepe fuisse pronuntiatum Bononie,habito consilio iurisperitorum:refert ⁊ sequitur Specu.in tit.qui filij sint leg.in versi.quid si quis ita in testamēto:bene facit text.in.l.vxori mee vsumfructum.ff.de vsufru.leg. Sed aduerte,ꝙ contrarium tenet aperte Bar.in.l.titia.§.fi.in.ij.col.in versi.⁊ eodem modo puto.ff.de lega.ij.et in.l.sicut in annos per illum text.ff.quib.mod. vsufru.amit.Jo.an.no.in addi.Spe.in tit.de pigno.§. sequitur versi.porro vsufructus.Joā.pe.de ferra.in practica in forma libelli,quo vxor petit dotem vel vsumfructuꝫ.Are.no.in consil.xl. incipi.presupponitur in facto:et ita al's consului in ista ciuitate Papie ⁊ ita fuit iudicatum.

1 ☞ Relicta ad alimenta,an possint cum alia re permutari.

Si cui.

Permutatio rei ob alimenta soluēda nō potest fieri nisi actore pretore si alimentarij cōditio fiet deterior.hoc primo.Et quantitas relicta pro habitatiōe potest pmutari cū habitatione immediate ⁊ econtra.hoc dicit vsqꝫ ad
1 fi.l. ¶ †Ponderādus est diligēter tex.dū dicit in fine:hec omnia habent disceptationē pretoris ⁊c.ex qbus verbis omissa gl. et his que dicūt doctores,apparet clara decisio,si queratur nunquid illa que relicta sunt ad alimēta,possint cū alia re permutari,qꝛ si cōditio alimentarij sit melior,pōt sine pretore si deterior nō pōt sine pretore.nō ob.l.fi.C.de pdi.curia.allegata in glo.vbi poniẜ mirabilis decisio,qđ curiales nō possunt vēdere.sed bene donare ⁊ permutare: qꝛ ibi cū sit phibitiua,faciebat expressam mētionē de interuētu pretij:sed in oratione diui Marci nō fit prohibetur tm̄ actus in quo venit pretiū:sed quilibet actus in quo fiebat deterior conditio alimentarij.igitur ⁊c.

1 ☞ Transactio quantumcūqꝫ generalissima,qbuscūqꝫ verbis concepta,non obstat agenti ex alia causa.
2 Renuntians omnibus iuribus et bonis q̄ hꝫ vel habere sperat: intelligitur ex causa de presenti.⁊ nu.3.

Qui cum

Ui cum tutoribus. Premitto primo pro intellectu litere,qđ dum tex.dicit ex persona fratris sui cui heres extiterat,nõ aperit litera qñ iste frater fuerit heres alterius fratris. Istud potuit cõtingere duob⁹ modis. Primo ab intestato. Secũdo ex testamento,⁊ istud dupliciter.potuit eñ esse ex testamento patris:qui istud ordinasset:qđ si decederet sine filijs,alius succederet. Potuit etiam succedere ex testamẽto fratris:⁊ verus ⁊ cõmunis intellectus est qđ iste frater extitit heres ab intestato:⁊,tunc nullum obstat contrarium. Si autem intelligatur quod fuit iure fideicõmissi. Primo impropriatur litera,dum dicit extitit heres fratri:quia veniens ex fideicõ.est heres primi testatoris proprie non fratris.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulg.⁊ pupilla.secũdo obst.alia difficultas.s. tex.in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.vt statim inducetur. Item nõ apparet ꝙ iste frater fuerit maior.ita qđ potuerit facere testamẽtũ:ideo nõ videł bene dictũ ꝙ intelligeł ꝙ fuit heres ex testamẽto fratris:qꝛ istud esset diuinare ad tex.qꝛ in tex.de testamento verbũ nullũ. ¶ Scđo premitto ꝙ iste text. intelligił ꝺm Bar.⁊ oẽs,ꝙ iste frater successerit post transactionem factam cum tutoribus:⁊ qđ ita intellexerit Bar.ptꝫ ex summario Bar.⁊ isto modo intelligẽdo.iste tex.nullam haberet dubitationem. Alio modo potest intelligi ꝙ iste frater successerit anteꝗ̃ veniret ad transactionẽ:postea egit ꝯtra tutorẽ,⁊ transegit:⁊ apposita sunt verba generalia:nunqđ postea poterit agere ex persona fratris:⁊ qđ prius fuit heres fratri:ptꝫ ex verbis tex.ibi,ex persona fratris sui cui res extiterat quod est preteriti plusꝗ̃pfecti:⁊ istud verbũ extiterat,põt intelligi post trãsactionem:⁊ etiã ante transactionem:ergo ad hoc vt iste casus sit notabilior ⁊ singularior,⁊ intelligatur in casu magis dubitabili,intelligetur qđ fuerit heres ante trãsactionẽ.ꝙ ptꝫ ex tex.ibi egerat de sola portione:quid eñ diceret tex.de sola portione nisi fuisset prius heres. Et istum intellectum sensit Fulg.in apostillatione tex.⁊ iste intellectus secũdus mihi magis placet ꝗ̃ cõis intellectus. ¶ Tertio premitto qđ ver.trãsactio semp fuit lectus pro §.ego semp tenui ꝙ esset ver.huius principij:⁊ ita teneo ꝙ continetur cũ prin.hui⁹.l.qꝛ si legatur de per se:nõ egebamus:ista decisio.qꝛ illud erat decisum in mille legibus:tamẽ oẽs ⁊ antiqui ⁊ Moder.tenent qđ sit.§.ideo cogitabitis: qꝛ est mea nona consideratio.h.d. Transactio nõ porrigił ad ius postea ab intestato ex successione,pueniens.h.d.ꝺm Bar.ego aliter dico. Agenti ex alia cã ⁊ ad illud ꝗ̃ prius trãsactũ esset:nõ obstat trãsactio:quia trãsactio quãtũcunꝗ generalis nõ extẽditur nisi ad ea de qbus fuit actum.h.d.vsꝗ ad.§.qui per fallaciã: et sic traho simul ver. trãsactio.de quo doctores faciũt.§.de per se: nõ nego quin ver. transactio,possit de per se legi pro.§.ex quo hic nõ est aliqua di-
1 ctio cõtinuatiua:tñ puto qđ melius sit legere cũ princ. ¶ †Not. ex toto principio huius legis,qđ transactio quantũcunꝗ generalissima quibuscunꝗ verbis concepta,nõ obstat agenti ex alia re,⁊ alia causa ꝗ̃ illa super qua est specialiter trãsactũ:nec aliud voluit dicere tex.ibi:de sola portione,iunctis verbis transactio quecũꝗ sit ⁊c.clarius tamen intelligetis ex dicendis.ĩ.in gloss. ¶ Glos.in ver.extiterat:licet Barto.expediat per viam oppo. ego expediam per viam questionis:⁊ quero quomodo in casu huius.l.iste frater successerit fratri. ¶ In ead.glos.ibi contra signañ.scꝫ.d.§.duo fratres in.l.qui rome.ff.de verbo.obliga.qđ contrarium late examinat sequens gl. ¶ In fi.gl.tenetis duos principales intellectus ad text.in quo non apparet qualiter frater fuit heres alterius fratris:⁊ duo sunt intellectus.vt.s.in euideñ.Bar.⁊ omnes tenent scđm ꝙ necessario probał in text.dum dicit,dũ fratri heres extiterat.de quo dixi in euideñ.⁊ ꝺm istũ,dicit Bar.non obstare.§.duo fratres:⁊ assignat rationẽ,tñ qꝛ assignare rationem non esset bene facere,nisi formato prius cõtrario,capio sequentem gl.vbi dicetur. ¶ Glos.in verbo,non summouetur:diuiditur in.ix.partes, primo fortiter opponit contra tex.tenendo primum intellectum gl.precedentis. In alijs particulis ponit.viij.solu.Nono allegat cõcor.ad text.secũda ibi so. ibi forte.tertia ibi:vel ibi actũ erat.quarta ibi:vel licet ibi.quinta ibi,vel melius.sexta ibi:vel dic qđ non est contra.septima ibi. vel pone hic casum.octaua ibi.vel hic actiue.nona ⁊ vltima ibi: ⁊ facit ad hoc responsum. ¶ Et si quis vellet perfecte intelligere veritatem istarum solutionum, oporteret examinare totam materiam.d.§.duo fratres:sed qꝛ tempus non patitur:ad ibi dicta me remittã. ¶ In ea.glo.ibi,so.ibi forte male fuit iudicatum. Istam primã sol.sustinet late subtilis Pet.hic.⁊ Bar.ibi no.d. §.duo fratres.sed vno verbo mihi nunꝗ̃ placuit,quia iurisçon. ibi videtur tenere tacitã ⁊ illam sententiam approbare:maxime qꝛ presumitur pro sententia in dubio. ¶ In ea.glos.ibi,neꝗ alieno nomine ageretur. Tenetis ex glos.secundã principalem sol. ad.d.§.duo fratres:qđ ideo ibi illa diuisio ⁊ transactio preiudicat fratri agenti postea ex fideicõ.qꝛ erat promissum ibi,ꝙ neꝗ suo neꝗ alieno noĩe agere posset.hic qđ alieno noĩe non posset agere,nõ est actum. Istam reprehẽdit Bart.qꝛ dicit ꝙ diuinat. Istã solu.tamen tenuit Dy.ibi in.d.§.duo fratres.⁊ Guil.hic vt refert Bal.⁊c.qꝛ aut facta est simpliciter diuisio,⁊ non preiudicat fideicõ.⁊ ita loquitur iste tex.sed quãdo sunt apposita etiam verba abnegatiua actionis in futurum,vt in illo.§.duo fratres. ibi:⁊ cauerunt ⁊c.et tũc preiudicat fideicom.ita procedit.§.duo fratres:⁊ istum intellectum sibi impudenter ascribit Ange.hic istum intellectum ex multis reprobat Bar.in illo.§.duo fratres ad quẽ me remitto. ¶ In ea.glo.ibi.l.tres fratres,habetis tertiam solu.que vult qđ licet in.§.duo fratres,dicał qđ fratri obstet trãsactio: tñ poterit vti ille frater replicatione,vt hoc text. Ista sol.non est vllo modo tenẽda:qꝛ si potuisset vti replicatione,nõ incidisset ibi in penam,nec fuisset contra eum iudicatum. ¶ In ea.glos.ibi,obuenit hereditas per fideicõ.ista est quarta sol.ꝺm quã constituitur differentia inter diuisionem de qua loquitur.§.duo fratres.⁊ transactionem de qua loquitur text.noster. Et rationem diuersitatis assignat glo.vide eam:⁊ licet glo. dicat qđ ista sit veritas:tamẽ nullatenus potest pcedere,⁊ multis argu.⁊ rationibus reprehenditur per Bart.in.d.§.duo fratres. ¶ In ea.glos.ibi,hic autẽ de alio prorsus. Ista quinta sol. est verissima,tenendo primum intellectum glos.prime,ꝺm quem obstat.§.duo fratres:qđ hic ideo transactio nõ obstat:quia fuit facta ex vna causa:nunc agitur ex alia:ideo tex.dicit de sola portione:põdera dictionem sola,que est exclusiua. ¶ In ea.glos.ibi, sed directo. Ista est sexta solu.que procedit tenendo secundum intellectũ glos.prime,qđ hic frater non succedit fratri per fideicõmis.sed iure directo:⁊ sic in nihil obstat.d.§.duo fratres: et sic habetis qđ transactio generalis preiudicat ei qui succedit ex fideicõmis.d.§.duo fratres:non ei qui succedit iure directo:ita pcedit tex.hic:⁊ ratio est:quia quãdo succeditur ex fideicom.habebat ius saltem spe:⁊ transactio generalis extenditur ad id in quo quis habet ius,si non re:saltem spe.sed quãdo quis succedit ex testamento vel ab intestato,non habet ius etiam spe.tex. est in.l.post emancipationem.§.j.iuncta glos.⁊ ibi Bar.ff.de lib. leg.⁊ tex.in.l.j.§.si quis impuberi.in verb.premature enim ⁊c.ff.
2 de colla.bonorum: ⁊ ideo dicit Barto.notabiliter quod si quis renuntiaret omnibus iuribus ⁊ bonis que habet vel habere sperat,intelligił ex causa de presenti:⁊ ideo si haberet postea ex successione ab intestato,non intelligitur ei renuntiasse: et ideo dicit Bar.se consuluisse in notabili questione de facto contingente:duo coheredes diuiserunt inter se hereditatem,⁊ remiserunt sibi adinuicẽ omne ius qđ habebãt vel habere sperabant in parte alterius:ꝯtingit quod vnus fuit negligẽs ad soluendum legata,ꝑpter qđ debebatur hereditas alteri,ꝺm formã aut.hoc amplius.C.de fideicõmis.certe licet remiserit omne ius quod habere sperabat,non tamen videtur remisisse illud ius,de quo nulla spes erat:facit ꝺm eum.l.damni.§.j.ff.de dãno infec.quod reputat tenendum menti. Adde Bar.in.d.l.damni.§.cum parietem: quã legit in.l.inter quos.in prin.eo.tit.⁊ Bar.in.d.aut.hoc amplius.ad fi.⁊ ibi dixi.⁊ in.l.qui rome.§.duo fratres.in.j.col.⁊ ibi vide per Moder.ff.de verbo.obli.ponit Ange.in.d.§.cũ parietem. ¶ In ea.glo.ibi passiue.ista est.vij.solu.que vult dicere qđ iuri qđ quis hꝫ passiue in sua persona:ei intelligitur renũtiatũ, ita loquitur hic:sed iuri qđ habet actiue ex persona fratris,non videtur renuntiare:ita declarant docto. sed nihil est dicere,conclusiue ergo tenendo scđm intellectum glos.hic:illud contrariũ §.duo fratres.non habet in aliquo obstare. Tenendo primum intellectum,vera solu.est.ꝙ ibi fuit transactio generalis,hic specialis:⁊ cõsidera,si fortificãdo qđ nõ mereatur allegari pro contrario:qꝛ ibi generalis trãsactio fuit facta inter fratres,hic per
3 fratrẽ cũ alio:et per ista remanet expedita glos. ¶ †Addo circa primam decis.Bart.inquãtum singu.concludit qđ si quis renuntiat omni iuri qđ hꝫ vel habere sperat,intelligitur ex causa de presenti,non si postmodũ superueniat. Idem tenet Bar.in.l. si post emancipationem.§.j.ff.de lib.lega.⁊ in.l.qđ seruus per illum tex.ff.de cõdi.ob cau.⁊ in.l.si vxor.§.diuus.vbi not.loquitur ff.de adul.⁊ Bar.in.§.fi.ĩ.ea.l.late,Bar.in.d.§.duo fratres.in.v. et.vij.q.ff.de verb.obli.dubitat tamen alibi idem Bar.qđ si verba renũtiationis concipiatur hoc modo:quod renuntiat omni iuri qđ hꝫ vel habere sperat,vel potest etiã habere in futurum. an intelligatur etiã ex causa de futuro iuri eueniẽti renũtiare:et relinquit deciden.et cogitãdum.in.l.post emãcipationem.§.j.in fi.ff.de lib.leg.sed idem Bar.decidit postea hũc casum.in.l.hominem.ff.mã. Limita tamen istam notabilem doctrinã Barto. nisi in renuntiatione sit expresse dictum,qđ renuntiat omni iuri qđ habet vel habere sperat,etiã ex causa de futuro:ita notãter voluit Bar.in.l.j.in.ij.col.C.de pac.⁊ ibi soleo põderare ⁊ dicere.facit qđ vult Bar.ĩ.ea.l.§.fi. Est verum ꝙ Bart.in.d.l.j.C.de

pac.nō loquit in nostris terminis: qr ibi nō erat spes de p̄senti, nec etiā erat verbū sperat: qr requirit spes ad hoc ꝙ sit cā de presenti, vt declarat Bar.in.d.l.vxor. Jason hic Papie legens.

1 ☞ Trāsactio generaliter facta, non porrigitur ad ius postea superueniens, nisi transactio vel renuntiatio expresse conciperetur in futurum tempus.

Qui per fallaciam. Trāsactio nō porrigit ad ea que dolo alterius partis occultātur.hoc primo. Et generalis trāsactio porrigitur ad ea de quibus actū fuisse ꝓbabitur per excipientē.hoc secundo: ⁊ trāsactio patris super re filij, nō valet.h.d.vsq; ad.l.post rē.

1 ¶ † No.ex isto ver.ei qui.qđ trāsactio generalr̄ facta nō porrigitur ad ius postea superueniēs, nisi trāsactio vł renūtiatio expresse cōciperet in futurū tp̄s: vt per Bar.hic, ⁊ in.l.cū stipulamur. ⁊ in.l.si a colono.ff.de verb.obli. ¶ Glos.in ver.aquiliana.diuidit in.iij.nā primo respōdet tacite questioni.scđo per viā.q.oppo.ꝯ tex.⁊ sol.tertio format vnā.q.ij.ibi:sed quomō potuit fieri.tertia ibi, itē quid si per fallaciā. In ea.glos.ad fi.vide per te,quia nihil addeñ.occurrit. ¶ Glos.in verb.decipit diuidit in.ij.primo ad declarationē text.subaudit. Scđo oppo.⁊ sol.secūda ibi:sed ꝯ.§. ad trebel.de hac glo.dicite vt dictū fuit in.l.iij.§.j.ꝫ.eo. ¶ Glos. in verb.de quo.diuidit in.iij.nam primo remouet vnū ꝯtriū.scđo per viā notabilis remouet aliud ꝯtrariū.tertio ponit vnā distinctionem.scđa ibi.item no.hic.tertia ibi: ⁊ vt plene videas.in fine glos.dic vt in ea.⁊ istam distinctionem glos.vidistis plenius per glos.⁊ ibi dixi in.l.tres fratres.ꝫ.de pac.

1 ☞ Negatio tūc facit rem dubiā, qñ nō est euidēter calūniosa.
2 Quando constat sententiam liquide latam, non potest transigi. et numero.5.
3 An stāte statuto qđ schedula mercatoris faciat plenā fidem, an qui habet schedulam possit compromittere.
4 Habens exceptionem impedientem litis ingressum, nō potest compelli ad compromittendum.
6 Que competūt de iure speciali, nō sunt in cōsideratione anteꝗ producantur in esse.

Post rem. Si post sniam potest esse dubitatio.potest trāsigi.h.d.no.⁊ elegātiorem tex.habetis.in.l.elegāter.in prin.ff.de condi. inde. ¶ Glos.in verb.subesse, diuiditur in.iiij.primo per viam questionis oppo.cōtra tex.in alijs ponit tres solu.⁊ sic sunt quatuor partes.secūda ibi, rñdeo potest esse.iij.ibi.p̄terea si negatur.quarta est ibi.p̄terea possunt esse. ¶ Addo qđ lʒ doct. dicāt esse tres solu.puto qđ sint due, qr secūda ⁊ tertia est eadē. cū tertia sit declaratio scđe. ¶ In ea.glos.ibi, rñdeo pōt esse qđ nō diffitet̄ iudicatū: ista est vera in se:sed aliena a vera similitudine: qr ꝯria ei qđ obseruat̄ ꝙ diffitetur. In fi.glos.lʒ Albe.de ros. hic.⁊ Fulgo.multū se inuoluant in solutione huius ꝯrij:tñ puto ꝙ si iungatur secūda ⁊ tertia sol.habebitur vera sol.qr rñdeo ad
1 cōtrariū † qđ negatio tūc facit rē dubiā, qñ nō est euidēter calūniosa: sed qñ est euidēter calūniosa, tūc secus. Et vr̄ calūniosa euidēter qñ ostēdit̄ euidēter ꝯriū: puta per instr̄m.de hoc tñ an ⁊ qñ negatio faciet rē dubiā, scribit̄ late per Bar.⁊ alios (in alia tñ materia) in.l.j.C.de ꝓcura.dicite vt ibi habetur, an et qñ ne
2 gatio faciat esse dubiū de mādato. † Et circa istam solu.habetis no.ꝺm Bar.ꝙ qñ cōstat liquide latam esse sniam, qđ non poterit trāsigi: ⁊ infert ad cōpromissum ꝙ stante statuto qđ affines cogi possint ad cōpromissum: si vna pars hʒ instr̄m snie, nō pōt cogi ad cōpromissum. Et idē dicit Bar.in instrumentis que habent executionē paratā vt in partibus tuscie si sint guarētigionata: vt hic per eū. No.diligēter istā decisionē Barto.qr dictum statutū est in oībus istis partibus: qr intelligitur si petitur compromissum super re dubia: secus si de re clara: qr adsit snia vel instrumentū guarentigionatū: qr nō potest transigi ⁊ equiparantur transactio ⁊ cōpromissum. Scđo, qr statutum dicit oēs questiones cause ⁊ differentie cōpromittātur: sed hic nulla est differentia nec causa: ergo ⁊c. Addo qđ idē Bart.hic tʒ idē Bart.in l.elegāter.in prin.⁊ ibidem Bal.in vtraq; lectu.ff.de cōdi.inde. Idē tenet Bar.in.l.si causa.C.de trāsac.idē Bart.in.j.consti.C. in.ij.col.⁊ in.l.ambitiosa.in.x.col.ff.de decre.ab or.faci.tenēt Cano.in.c.exposita, extra de arbi. Jo.de imo.in.c.super eo.ad finē. extra.de trāsac. Ludo.ro.in repet.rub.ff.de arbi.in.xvij.col.vbi refert Bal.cōtrariari ⁊ cōcordat: facit qđ vult Bal.in.l.ancille. in.iij.no.per illū tex.C.de fur.vbi ꝯcludit ꝙ stāte statuto de quo ꝫ.tñ dicit ꝙ si esset decisio expressa in iure: nō posset fieri compromissum: vt etiā dicunt Cy.Bal.⁊ Sali.in.l.cum proponas. C.de trāsac.⁊ dixi in.l.j.ꝫ.eod.vbi addidi simile de consilio sapientis.
3 Ad ista † optime facit qđ singulariter decidit Ang.in.l.si ita stipulatus.§.chrysogonus.ff.de verb.o.b.vbi decidit Ang.nec alibi legi ꝙ stante statuto ꝙ schedula scripta manu mercatoris faciat plenā fidē: ⁊ nihil possit opponi, an habēs talem schedulam possit cogi ad cōpromissum: ⁊ dicit Ange.qđ nō.p illud qđ dicit Bar.hic. Limitate doctrinā Bar.⁊ doc.hic, vt ꝓcedat, nisi pars que hʒ sniam pro se, renūtiaret sententie, ⁊ faceret compromissum, nō obstante illa snia.ita Bal.in.l.si diuersa.C.de transac.et quia ibi soleo dicere, hic nō pono: qr Bal.hic expresse tenet contrarium: dicite vt dixi in.d.l.si diuersa.⁊ ponunt Sali.et alij in.l.
4 si causa.C.eo.ti. † Addo ⁊ fortius, ꝙ nedum qui hʒ sniam vel instrumētum vel schedulā nō potest cogi ad compromissum, imo qui hʒ exceptionē impedientem litis ingressum, stāte statuto de quo.ꝫ.⁊ que sint iste exceptiones Bar.ponit in.l.cū querebatur ⁊ in.l.j.cōquerebatur.ff.iudi.sol. Cano.in.c.j.de litis contesta.in vi.do. Alex.in.l.nā ⁊ postea.in prin.ff.de iureiuran.⁊ ista fuit bene nota.decisio Bald.in.l.si index.in fin.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Bal.Sali.⁊ Fulg.in.l.si fratres.C.eo.⁊ ibi do. Alexan. exclamat istam decisionem: ⁊ ita tenet etiam Ludo.ro.in repetitione rubrice.ff.de arbi.in.xix.col.⁊ pro hoc firmatur bene decisio. Bar.hic, quia exceptio rei iudicate est, de impedieñ.litis in
5 gressum, in.d.c.j.de litis ꝯtesta.in.vj.⁊ istud no. ¶ † Ultimo pro complemento huius.l.querit Bart.an ⁊ quādo post sententiam possit fieri trāsactio ⁊ compromissum: ⁊ ista melius declarantur per doc.in.l.elegāter.ff.de cōdi.inde.vide Bar.hic, ex cuius doctrina habes quatuor limitationes ad doctrinam vel regulam que habet, quod post rem iudicatam non potest fieri trāsactio. ¶ Fallit primo vt hic per Bar.quando esset appellatū. ¶ Secundo quādo probabiliter dubitat̄, an sit lata sententia, vt hic: ⁊.c.cum ad monasteriū.extra de re iudi. ¶ Tertio fallit, vbicūꝙ per aduersarium negaretur sententia lecta: sed tamen nō calumniose: ⁊ quando diceretur calūniose dixi in glos. Quarto fallit ꝺm Bar.hic, quando post sententiam opponeretur exceptio, ex his que possunt opponi post sententiam.de quibus habetur in.l.j.per Bar.⁊ alios.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ illam doctrinā Bar. soleo bene notare: ⁊ aureā reputare: quia Bart.hic, in doctrina sua omittit vnum casum necessarium, quando ille contra quē est lata sententia nō appellauit: sed potest petere restitutionem in integrum: an tunc poterit transigi ⁊ compromitti. Fulg.hic determinat quod sic, nullam tamē legem vel rationem allegat. Facit tamen pro eo regula.l.⁊ post rem.ꝫ.eo.vbi equiparātur, vel quod sit appellatum, vel qđ possit appellari: ergo idē in casu nostro, esset idem vel qđ sit petita restitutio, vel peti possit. Ang.tamen ⁊ do. Alex.in.l.eleganter.in prin.ff.de cōdi.indebi.tenēt cōtrarium, sed nō allegāt Fulg.hic cōtrarium tenentē: sed pro eis allegāt rōnem, qr restitutio in integrum cōpetit de iure specia
6 li: † ⁊ ea que cōpetunt de iure speciali, nō sunt in cōsideratiōe anteꝗ deducant̄ in esse, text.est valde.no.in.l.ergo.in prin.ff.de fideicō.liber.no. Bar.in.l.inter stipulantē.§.sacrā.ff.de verb.obli. dū querit, an sint habēda in cōsideratione ea ꝗ possunt euenire. Et p hoc rñdetur ad rōnem quā faciebā pro Fulgo.dū allegani regulā.l.⁊ post rē.in prin.ꝫ.eo.qr illa equiparatio ꝓcedit, in his que cōpetūt de iure cōi: secus si de iure speciali. Est verū, ꝙ pro opi.Fulg.stringit tex.in.d.l.elegāter.in fine principij.ff.de condi.inde.in versi.nullo remedio.qr a cōtrario, si nullo, ergo aliquo remedio poterit transigi, nisi restringat̄ vllo remedio.ꝭ.de iure cōi: tamen istud faceret violentiam ad tex. Jason Papie.

1 ☞ Ignorantia contentorum in codicillis separatis a testamēto, est probabilis.

Non est ferendus. Transactio facta sup testō, refertur ad quālibet partē testi, nō ad codicillos postea reptos.h.d. ¶ No.ex isto tex.ꝙ hic est tex.ꝓ opi.quā tʒ Bar.in.l.de his in vl.col.⁊ in vl.q.ꝫ.eo. Nā ibi ex tex.qđ de cōtrouersijs ex testamēto nō pōt trāsigi: nisi visis inspectisq; verbis testamēti: qd si sciebat, lʒ non vidit, ⁊ dicit ꝙ sufficit: ⁊ ꝓ opp.
1 Bar.ibi pōdera hūc tex. Ful.hic. ¶ † Scđo no.qđ ꝓbabilis est ignorātia cōtētorū in codicillis separatis a testamēto. In glos. nihil est, qr bene dicit. Jason Papie.

1 ☞ Procurator principis, non potest eo inconsulto trāsigere.
2 Administratoribus rerū alienarum, prohibita est transactio in rebus immobilibus.

1 **Nulli.** † Procurator principis, nō pōt eo inconsulto trāsigere.h.d. ¶ No.qđ dixi in summario, ⁊ addit Bal.se putare: ꝙ idē sit in collectoribꝰ pape: quibus non est permissum transfigere.papa inconsulto: quomodo tñ procedat ista decisio, dicet̄ in gl.in verbo
2 trāsigere: quā capio. ¶ Glo.in verbo trāsigere. ¶ † In ca.glo. ad finem.nota perpetuo hanc glos.quā summe no.⁊ cōmendant oēs doctores hic, post Bar.ad oēs p̄sonas administratores rerum alienarū, qbus prohibita est trāsactio in rebꝰ immobilibꝰ eoꝝ quoꝝ bona gubernāt.vt est in ꝓcuratore fisci: administratore eccle, ⁊ tutore minoris: ⁊ de tutore est tex.l.l.j.C.si aduer.trās. quē Bar.⁊ doc.ibi cōmēdāt, ad fraudes quas faciūt administratores

tores ecclesiarū:⁊ est etiā tex.in.l.nō solū.allegata hic in gl. Nā iste oēs leges dn̄t intelligi,qn̄ transigūt sup re immobili danda aduersario aliquo retēto qꝛ ꝓhibeƚ:sed si retinereƚ res immobilis p administratorez aliquo dato aduersario ista est pmissa:qꝛ nō est:nec dicitꝛ alienatio.ita dicit ista solēnis gl.quā oēs tenēt ⁊ cōmendāt hic:⁊ in terminis,in ecclesia p istam gl.cōsuluit Panor.in ɔsi.lvij.inci.vt̄ primo ꝙ spectet ad monasteriū ⁊c.in.j.vo. Itē cōsuluit idē do.Abb.Panor.in ɔsi.lxiij.incip.illud de iure queritꝛ.in.iij.col.in eo.vol.⁊ sic nō licet prelato ecclesie:tutori et administratori reipublice trāsigere sup re immobili:qn̄ agitꝛ vt remaneat eius aduersario.Addit hic singularissime Bar.ꝙ dicta regula,ꝙ dicte psone nō possunt trāsigere,qn̄ agitꝛ vt remaneat illa res immobilis aduersario,ꝙ istud ꝓcedit etiā si aduersarius esset in possessiōe eius rei immobilis:⁊ ad hoc alleg. glo. in.l.cū hi.§.si vni.in gl.paruula in vbo trāsactio.§.e.⁊ dicit bar. ꝙ istud est cordi teneā.⁊ miror ꝙ null⁹ doctor post Barto.de ea faciat mentionē.Ista oīa sunt diligēter notāda ad limitationē et ampliationē eoꝝ q̄ dicunt Bar.⁊ doc.in.l.j.C.si aduer.trāſ.qꝛ id qđ ibi dicitꝛ de fraude prelatorū ecclesie:ꝓcedit etiam si possideatꝛ ab aduersario.Itē ad predicta adde illud qđ vult Bal.in l.j.in.j.col.C.de bo.mate.vbi tenet ꝙ pater pōt trāsigere sup re aduentitia filij in qua hꝫ vsumfructum.s.retinendo:sed non dādo rem filij,per illum tex. Jason Papie.

1 ¶ Testator nō potest decedere pro parte testatus ⁊ pro parte intestatus.

2 Res inter alios acta,alijs non preiudicat nec prodest.

4 Positioni captiose quis respondere non tenetur.

5 Allegās cōtraria remedia cōtra diuersas personas,hn̄ auditꝛ.

6 Agens tenetur declarare an,veniat ex testamēto vel ab intestato:nisi ratione incertitudinis.

7 Quando ignoro quis sit heres possum conuenire possessorē bonorum hereditariorum.

8 Quando ignoratur quis sit heres defuncti ⁊ fiat citatio p generale proclama ad instantiam creditorum vel legatariorum,non solum sunt citandi qui se pretendunt heredes:sed etiam qui se possessores pretendunt.

9 Institutus iure particulari,cēsetur loco legatarij,ni facto suo sibi obuenisset.

11 Utrū scriptus ⁊ legitimus heres qui trāsegerunt:possint cōuenire creditores hereditarios vt huic transactioni cōsentiant.

12 Legitimus heres ⁊ scriptus poterūt pro rata debitores hereditarios vtilib⁹ actionibus ɔuenire ꝓpter incertū successiōis.



Controuersia. Ang.hic in.j.⁊.ij.co.dicit ꝙ ista.l.nō ē alibi in iure,⁊ ſm Pau.determinato hui⁹.l.loquētis respectu creditoꝝ hereditarioꝝ:nō est alibi,ſꝫ de ista materia hn̄ habetis aliā,alibi quo ad legatarios.l.iij.in pn̄.§.eod. Et ad declarationen ambarū.ll.gl.hic plene distinguit adeo ꝙ Bal.hic refert Pe.dixisse ꝙ nō est.l.in iure melius glossata in sui materia ꝙ̄ ista.l.ita etiā refert Bal.in.l.ij.ad fi.C.de here. vt̄ actio.ven.⁊ ibi etiā dicit Bal.ꝙ ista est solēnis ⁊ singularis lex. Ad intellectū hui⁹.l.vide Jo.an.in addi.Spe.in ti.de pac.sup rubri.vbi refert quādā disputationē Mar.fil.q̄ inci. controuersia.de qua aūt facit mentionē Ale.hic:in prin.Et diuide istaꝫ.l. in duas partes.in prima ponitꝛ pulchrū thema,ex quo elicitꝛ notabilis qđ.in scđa ibi:rn̄di ponitꝛ notabilis decisio cū bimembri distinctiōe.Diuisio hereditatis facta mediāte trāsactiōe inter scriptum heredē ⁊ legitimū dat modum agēdi creditoribus vt quēlibet conueniāt pro rata hereditatis in trāsactione assignata.h.d.

1 ¶ †Noto ꝙ lꝫ regula sit ꝙ testator[a] nō pōt decedere p

a parte testatus ⁊ p parte intestatus.l.ius nostrū.ʃ.de re. iur.nisi sit miles.l.j.C.de test.mili.tn̄ hic est tex.ꝙ ꝓpter trāsactionē qs decedit p parte testat⁹ ⁊ pro parte intestatus. Sed tu dic ꝙ lꝫ a prin.qs nō possit decedere p parte testatus ⁊ p parte intestatus:verū est a prin.tn̄ ex postfacto potest.l.circa.ʃ.de inoff.test. ¶ Scđo no.ex tex.ibi propter incertū successionis ſm Bart.et oēs hic esse tex.notabilē ꝙ qn̄ est incertū qs.sit heres.⁊ an succedi debeat ex testō an ab intestato possunt creditores conuenire illū qui bona hereditaria possidet de qua regula.ʃ.in glo.plene dicā.

2 ¶ †Tertio noto hic esse tex.singularē ⁊ eū not.Ange.hic in.ij.co.ꝙ lꝫ regula sit qđ res inter alios acta alijs nō preiudicat neqꝫ ꝓdest toto titulo res inter alios acta.hinc videm⁹ ꝙ si heres vēdat hereditatē pacto ꝙ ēptor teneaƚ ad oīa onera hereditaria:tn̄ istud pactū nihil facit quomin⁹ creditores hereditarij possint ipsum heredē conuenire,toto titulo.ff.de actio. vel here.vē.⁊.l.pacto.C.de pac.ratio est,qꝛ postꝙ̄ heres adiuit hereditatē actiones actiue ⁊ passiue adeo sunt affixe ossibus heredis:ita vt ab eo separari nō possint:adeo qđ si restituta hereditate senatuscōsultum trebellianū nō prouidisset,heres remāsisset obligatus in totū.§.restituta.insti.de fideicom.here. tamen hic est tex.notabilis qđ trāsactio facta inter scriptum heredē et venientes ab intestato:adeo preiudicat creditoribus qđ ei tenētur stare:ratio est ꝓpter incertū successionis vt dicit text. dicit tn̄ notabiliter Ang.hic quod si ipsi creditores vellent probare qualiter hereditas in totū spectabat heredi scripto ꝙ nō teneretꝛ stare huic trāsactioni ⁊ possent cōuenire heredē in totum eo quia dispositio huius.l.fuit facta principaliter fauore creditorum.qui propter incertū successionis nesciunt quē insolidum conueniant:ideo possunt huic fauori renūtiare:sed veritas huius apparebit in gl.⁊ ex istis habes vnam limitationem ad hūc tex.⁊c.Addo quod istam limitationē etiam ponit Alb.hic in.ij. col.ver.item opp.⁊ videƚ semper heredē vbi dicit ꝙ in hoc consistit virtus ⁊ medulla huius.l.qꝛ ex quo scriptus heres adeundo teneƚ creditorib⁹ etiā vltra vires hereditarias:certe postea transigēdo cum herede legitimo non facit qn creditoribus insolidum teneaƚ sicut si postea vēderet alteri hereditatem:ſꝫ qꝛ incertum est quis eoꝝ de iure sit heres,procedit huius.l.dispositio que cessat si creditores hereditarij assumāt in se onus probandi.vt.§.dixi.Scđo intellige hāc.l.vt procedat qn̄ bona fide et sine aliqua collusione est transactū:alias sec⁹ vt.l.si heredes. C.de testa.manu.quam ad hoc ibi notat Bal.⁊ dicit ꝙ per eaꝫ glossaƚ ista.l.ita etiā dicunt Ang.⁊ Ful.hic.⁊.d.l. si heredes nō allegant:⁊ ad istam.l.adde ꝙ dicit Bar.post glo.in.l.qui repudiantis.in fi.ff.de inofficio.testa.Bal.in.l.hac edictali. in.x.col. C.de secun.nupt.Jmo,⁊ Ang.de are.in.l.si perlusorio.ʃ.de appel. ¶ Ultimo dum text.in fin.dicit vtilibus actionibus:quare dicat vtilibus dicam.ʃ. ¶ Glo.magna prima facie opponit contra tex.⁊ tripliciter soluit:postea videtur formare duas questiones:ita puto scholares intellexisse:sed male.Sed sequēdo declarationem doctorum,diuide in quatuor.Jn prima opponit contra tex.Jn secunda q̄ est ibi.solu.hic in creditoribus.soluit vno modo.Jn tertia ibi:alij dicunt soluit alio modo.Jn quarta ibi subtilius vel distingue:quarto modo respondet. Uerum quia tota difficultas stat in ista parte in qua gloss.videtur distinguere:⁊ postea formare duas questiones de per se:aduerte quod ille non sunt questiones de per se sed duo membra distinctio. gl. ita quod iūgendo illa duo membra que videntꝛ questiones glo. in ista distinctione facit quinqꝫ membra principalia:⁊ propterea Bar.expedit istam distinctionem per quinqꝫ membra ⁊ non format questiones.

